

DECISIO LXXIV.

ter emit ; ut supra dixi , vel quando vitium adeo est patens, ut cerni posset , ut per Bald. in l. 1. C.ædilit. edict. Navarr. in manual. cap. 13. num. 89. D. Thomas 2. 2. quæst. 77. art. 3. ad primum, Sotus lib. 6. quæst. 3. de Iustit. artic. 2. conclus. 6. limitans quando emptor ad vitium non advertit. Quod quidem ego puto verum , quando vitium non latebat , nec necessaria esset indagatio , & emens non ignorabat ea , quæ videbantur, prout si erat peritus in arte , ut in medico emente servum morbosum , ex Maurit. de rest. cap. 87. in doctore emente librum vitiosum, Menel. in l. 2. C. de jur. & fact. ignor. num. 10. ex ratione text. in l. 2. ff. orig. jur. ibi : *Turpe est patritio viro ignorare jus , in quo versatur :* cap. cum sit de convers. conjugat. quia hæc ignorantia à dolo non differt. Bald. in cap. 1. §. judices de pace juram. firm. Gomes reg. de subrog. quæst. 7. fol. 374. in medico dixit Plato lib. 11. de legibus, Decius conf. 8. num. 5. & in l. imperitia ff. de reg. jur. nisi quando adhibita diligentia vitium sciri non potuit , quod judicis arbitrio relinquitur.

31 Tertio, cessat redhibitio in fisco, contra quem negatur redhibitoria , l. 1. §. illud ff. ædilit. edict. cuius rei ea ratio est; quia fiscus suarum rerum notitiam non habet , & ideo ab eo exigi nequit scientia, quam ipse præstare non potest ; sed non videtur ratio solida, qui ejus officiales vendentes scientiam habent rei , ideo dici potest , cessare propter autoritatem hastæ fiscalis, quam Republicæ utilitatis non patitur convelli posse, l. hypothecas C. de remiss. pignor.

32 Quarto , cessat in omnibus causis , in quibus evictio non compe-

tit, prout in donationibus, Ordin. tit. 17. §. 9. & similibus : atque insuper in locatione, l. sciendum 63. ff. ædilit. edict. latius Costa verbo actio redhibitoria resolvens fore dandam utilem , non directam.

33 Quinto, quando vitium superveniat post contractum , l. si quid C. ædilit. edict. DD. in l. 5. §. si quis autem ff. eod. l. quæro §. fin. Gomes ubi supra num. 49. nisi detur pactum de futuro vitio, d. l. si apud, ubi Cynus , & Bald. notant , Menel. in l. transigere C. de transaction. num. 30. si autem moriatur intra triduum post emptionem, præsumitur ex præcedenti causa , Bald. in l. 1. C. ædilit. edict. vers. sed pone, Angel. in §. in duplum de action. Fabian. de emption. fol. 227. num. 17. Hippol. in l. si rixa ff. de sicar. n. 63. Plaça in praxi cap. 13. n. 26.

14 Ultimo, si pacto redhibitio tollatur, l. quæritur §. si vendor ff. ædilit. edict. nec pro minimis datur redhibitoria , Tiraquel. de judic. in rebus exiguis fol. 54. & quid si egit redhibitoria, an possit agere quanto minoris, Bald. in l. ultim. C. ædilit. edict. & quod sic Messi. taxa panis conclus. 1. num. 152. Mascard. conclus. 615. num. 12. & quid in concessione emphyt. Surdus decisi. 290. n. 18.

Quæ omnia hic congessti , quia materia est valde obscura, quod si fastidium quæ dixi, legenti pariant, in alijs , quæ forsan non fastidiosa erunt, compensari volo. Atque ex his principijs sententiam confirmandam duximus. Multæ enim ex supra tactis in processu controvertebantur, cuius occasione hæc collegi, quæ forte alibi non reperientur.

SUM.

DECISIO LXXV.

SUMMARI A.



- Estamenti facio
Episcopis interdi-
cta est.
Monacho effecto
Episcopo eadem fa-
ctio interdicta est, non ex sola Ca-
nonum prohibitione, sed ex incapa-
citate personæ. ibi.
Monachus factus Episcopus votis
Religionis adstringitur. ibi.
2 Monachus factus Episcopus non
sibi, sed Ecclesiae acquirit.
3 Monachus Episcopus habetur lo-
co instrumenti, quo Ecclesia ac-
quirit.*

*Non solum in dispositionibus ad
profana, verum ad pia. ibi.*

*In Monacho durat paupertatis
votum. ibi.*

*Monacho facto Episcopo datur ad-
ministratio pro moderato usu fa-
miliae. ibi.*

*Donationes immodecæ erunt nul-
lae. ib.*

*Prælati seculares libere disponunt
de fructibus, secus Prælati Mona-
chi. ibi.*

*Monachus Episcopus non donat
causa mortis.*

DECISIO LXXV.

*De Monacho facto Episcopo, an ipse testari possit? Et an donationes in consan-
guineos exercere inter vivos, vel causa mortis, maioratumque constituere
valeat?*



*Um Monachus Frater
Petrus Brandão Episco-
pus creatus esset Promó-
torij Hesperici, seu Arsi-
narij, vulgo Divi Jacobi
do Cabo Verde, ibique
ua industria magnas pecuniæ copias
scomparasset, donationes amplissimas in
consanguineos exercuit inter vivos, &
causa mortis, maioratumque insti-
tuit: cumque dececessisset, & electus esset
Episcopus D. Emmanuel Alfonso da
Guerra, vir doctissimus, & singulari
præditus in concionando eloquentia,
item movit contra possessores bono-
rum, & in discussione causæ, quæ cum
speciali Principis rescripto, D. Thomæ
Pinheiro da Veiga, maximi nominis vi-
vo, & singularis eruditionis, & Nonio*

*d' Affonso Cabral Jurisconsultissi-
mo, nec fatis laudato, quibus ipse acce-
si, commissa esset, in processu circa illa
principaliter torquebantur partes. Pri-
mum, an Monachus effectus Episcopus
possit donationes in consanguineos in-
ter vivos, vel mortis causa exercere? Se-
cundo, an constituere maioratum de bo-
nis acquisitis ex redditibus ecclesiæ,
vel propria industria?*

*I In favorem hæredum Episcopi,
& donatariorum lata fuerat sententia,
quam revocavimus: & in prima quæ-
stione illud placuit, quod testamenti
factio Episcopis interdicta est, ex text.
in cap. ad hæc de testam. prosequitur
Covarr. cap. relatum 1. & 2. illo tit. ex ra-
tione cap. quia Ioannes 12. quæst. 1. de
quo Navarr. in appol. de reddit. quæst.*

30. monit.

30. monit. 4. num. 1. Monacho igitur effe^{to} Episcopo eadem factio testamēti interdicta reperitur , non ex sola Canonum prohibitione , sed ex incapacitate personæ , quia adhuc vere monachus est , & votis Religionis adstringitur, ut ex d. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 8. Soto lib. 10. de Iustitia quæst. 5. art. 7. Covarr. in cap. 1. de testam. n. 18. in fine, Azor lib. 12. instit. moral. cap. 10. q. 6. part. 1. Æchius in sua Repub. Eccles. tit. de regular. cap. 3. n. 14. Cap. decis. 200. Jacobus de Graffis 2. part. decis. aur. lib. 3. cap. 18. n. 87. Navarr. in apol. d. monit. 11. n. 2. Clarus §. testamentum q. 28. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 16. dubit. 4. n. 40. idem Navarr. in comment. 2. de regular. n. 58. Unde fit, quod omnia, quæ monachus effe^{ctus} Episcopus acquirit , non sibi, sed ecclesiæ acquirit, in qua Episcopali dignitate fulget , cap. statutum, cap. cum olim 2. de privil. ubi Innocēt. n. 3. Ancharran. notab. 1. Probus in addition. ad Monach. in cap. cum singula vers. hæc enim de præbend. lib. 6. Speculat. de statu monachor. §. qualiter concipiatur n. 29. Emmanuel Rodriguez 3. tom. regul. q. 69. art. 4. in fine, Barbatia conf. 19. lib. 3. Pelagius de planctu Eccles. lib. 2. cap. 24. Rota divisor. decis. 705. n. 3. part. 1. Concilium 6. generale Constantinopolitanum cap. 35. in summa Conciliorū fol. 356. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 28. Loysius lib. 2. cap. 41. dub. 11. n. 91. alter Molin. de justit. disput. 140. fol. 761. lit. B. ubi dicit communem.

3 Ex quo nascitur, quod cum monachus Episcopus habeatur loco instrumenti , quo Ecclesia acquirit , de acquisitis non disponit , quia non sua, cap. non dicatis 12. quæst. 1. cap. cum ad monasterium de statu Monachor. nec inter vivos , nec per ultimam voluntatem , Bald. in Auth. licentiam C. de Episcop. & cler. Rebuff. conf. 14. vers. septimo, Iaf. in Auth. ingressi num. 13. & 14. C. de Episcop. & cleric. Bursatus conf. 75. num. 23. vol. 1. Covarr. in d. cap. 1. num. 18. Frater Emmanuel Ro-

driguez d. quæst. 69. art. 4. Navarr. d. monit. 11. n. 1. Quod non solum habet locum in dispositionibus ad profana, verum etiam ad pia , ex Panorm. in rubr. de testam. ad fin. Bartolus recepus in l. 1. C. de sacrof. Eccl. quæst. 10. de quo agens de donatione inter vivos est text. in cap. cum olim 2. de privil. §. præterea , ubi gloss. habet illa verba: Quia pro non donato habetur , quod ab illo datur , qui non potest de jure donare : explicat Navarr. sub titulo de donation. conf. 6. & fuit doctrina Innocētij in cap. indecorum de ætat. & qualit. Navarr. d. tit. de redditib. quæst. 1. monit. 21. durat enim paupertatis votū d. cap. non dicatis, Navarr. in apolog. q. 1. monit. 10. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 8. num. 73. §. sequitur, Sylvester verbo Religio 6. n. 10. Dueñ. reg. 381. ampl. 9. Licet autem talibus Episcopis regulibus detur administratio fructuum , hoc accipi debet pro moderata familiæ sustentatione , parcè donando , vel elargiēdo: idem Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 9. facit Constitutio Clemētis Octavi contra profanas regularium largitiones, Navarr. comment. 2. de reg. n. 9. & seqq. Unde si aliter donaverit, non solū peccabit , sed & donationes taliter factæ nullæ erunt , & omnino irritandæ , nisi donatio remuneratoria sit, quæ magis subit vicem solutionis , quā donationis , ex text. in cap. per tuas de donation. l. donari ff. de reg. jur. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 11. n. 49. Pinel. 3. part. l. 1. n. 64. Dueñ. reg. 220. limit. 1. Clarus §. donatio quæst. 8. n. 17. Molin. Theolog. disp. 244. lit. A. eleganter Barbosa in l. quæ dotis ff. solut. matrim. n. 34. Ubi tenet tales donationes sustineri cum excessu 4. partis meritorum, quod prius dixit Navarr. in apolog. de redditib. 1. quæst. monit. 82. Sicque debet explicari , & intelligi Molin. disput. 838. lit. A. dū habet, prælatos libere disponere posse de fructibus : quod ita accipi debet, ut procedat in prælatis sacerdotalibus juxta ea, quæ Molin. de primog. d. c. 1. c. lib. 2. n. 28. Ex tua ratione pariter cauta mor-

tis donare non potest monachus factus Episcopus, quia illa donatio subit ultimæ voluntatis naturam in executione, cum fortius effectum post mortem donantis, gloss. verbo legatum in l. 2. ff. de dote prælegata, quam communiter approbatam dicit Socin. cons. 130. n. 9. lib. 1. Ias. in l. cū antiquitas C. de testam.

n. 2. Alciat. in l. 2. n. 10. ff. de verbis oblig. Clar. §. donatio q. 5. n. 1.

Ex quibus omnibus convincitur maioratum à dicto Episcopo constitui non potuisse in perpetuum familiæ splendorem: Sicque Senatui placuit, revocata priori sententia.

SUMMARIA.



Ttenta lege Regia antiqua nullibi carabatur, ut uxor ad addictionem contanda foret.

Alienatio immobilium sine uxore interdicta est. ibi.

Alienatio ex causa necessaria non est proprie alienatio. ibi.

Maritus attento jure ut alienet, non indiget uxoris consensu. ibi.

2 De jure Regio antiquo non requiebatur citatio uxoris.

3 Interpretat. Ordin. antiqua lib. 4. tit. 71. §. 10.

Explicata Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 27. ibi.

Lex declaratoria antiquæ casus præteritos ligat. ibi.

4 Simplex nullitas non attenditur.

Addictio non valet cum vi expulsiva. ibi.

Sententia, si est justa, licet ob ali-

quem defectum nulla; sustineri debet. ibi.

5 Explicata Ordin. lib. 3. tit. 63. §. 5.

Defectus primæ citationis suppleri non potest, non vero alterius. ibi.

6 Defectus gabellæ quomodo annulet.

Explicata Ordin. lib. 1. tit. 78. §. 14. ibi.

8 Quid importent illa verba, E as melmas partes.

Illa verba d. §. 14. Em todo tempo, &c. limitari debent ad 30. annos. ibi.

9 An illa pena nullitatis habeat locum in addictionibus.

In addictionibus videtur quod inaducitur nullitas, ut in venditionibus. ibi.

10 Quando gabella soluta est, antequam lis mota sit, cassat nullitas in addictione.

SUM-

DECISIO LXXVI.

An addictio facta retractari debeat, eo quod omissa fuerit citatio uxoris tempore Ordinationis antiquae? Ad Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 27.



Ondemnatus fuit Antonius de Brito in certa pecuniae quantitate uxori coiudam Alphonsi Ferreira, pro cuius sententiæ executione capta fuit domus, quam in hac civitate possidebat: & cum hæc expedirentur tempore Ordinationis antiquæ, qua non erat cautum, ut uxores citarentur ad executiones sententiarum, uxoris citatio omissa fuit, perfecta addictione, & missa creditore in domus possessionem: impedimenta obtulit uxor dicti Antonij, & annullari postulavit: & tandem sententia Senatus obtinuit, quod addictione annullaretur. A qua sententia revisio petita fuit, & obtenta: cuius cum judex extitsem, cum septem Senatoribus sententiam Senatus revocandam duximus, & ut facilius, quæ in processu agitabantur percipi possint, sub sequentibus questonibus rem distinguendam duximus.

Dubitabatur primum, An tempore Ordinationis antiquæ esset lex Regia, quæ præciperet citari uxorem ad addictionem bonorum immobilium, & an illa nullitas esset metienda ab Ordinatione in nova compilatione?

Secundum, An illa nullitas tanquam simplex esset repellenda, maxime quia licet in impedimentis opponeretur de laesione enormi, quæ in addictione intercesserat, de ea tamen nihil probatum extiterat?

Tertium, An Ordin. lib. 3. tit. 63. §. 5. prohibeat suppleri defectus citationis, & quomodo intelligenda?

Quartum, quia opponebatur ex tali addictione gabellam non fuisse solutam, quæ tamen postea ante ingressum causæ soluta proponebatur, an ex illo defectu dicta addictione esset annullanda?

1 Et circa primum sine dubio est, quod attenta lege Regia antiqua nullibi cavebatur, ut in addictionibus immobilium uxor citanda foret, quod fortasse ex eo omissum fuit, quia licet alienationes rerum immobilium sine uxor's consensu prohiberentur, per Ordin. lib. 4. tit. 6. quæ hodie est in nova compilatione tit. 48. tamen lex omisit alienationes, quæ fiebant ex causa necessaria, quales sunt illæ, quæ vigore sententiæ sunt: probat Ordin. lib. 3. tit. 93. §. fin. quia non est proprie alienatio, l. in venditione §. 1. ff. de bon. auth. judic. possid. Alex. cons. 117. num. 17. lib. 5. Dueñ. reg. 240. limit. 6. Bald. qui sic intelligit text. in cap. quoniam §. fin. in fine, ut lite non contest. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 3. gloss. unic. n. 18. Menoch. casu 182. n. 2. Barbosa in l. usufructu num. 28. attento enim jure maritus bona liberè alienat, nec indiget cōsensu uxor's; adeo ut etiam acquisita matrimonio constante in ipsius dominio sint, & ab eo valeant uxore inconsulta alienair.

2 Unde illa solemnitas citationis uxor's attento jure Regio antiquo non requirebatur, ut sentit Gama decif. 203. quia quando maritus conveniebatur actione personali, si condemnaretur, poterant de jure capi pignora, & subhastari sine ulla partis citatione, ex Bald. in cap. 1. de feud. fine culpa vass. non amittend. solum enim de jure cōmuni ad addictionē partis citatio desideratur, ex Alberic. in l. creditor C. de distract. pignor. Afflict. decif. 358. Maranta de Ordin. judic. tit. de execut. sentent. n. 19. Parlador lib. 2. quotid. cap. fin. 5. part. §. 9.

3 Verum adhuc obstat fortiter Ordinatio Regia antiqua lib. 4. tit. 71. §. 12. quæ ante pignorum addictionem uxoris condemnati requirit citatio-

nem, ut explicat idem Gama d. decis. 203. ad fin. & de eo est l. 2. tit. 5. part. 5. extravagantium antiquarum, unde desumpta eit Ordinatio novæ Compilationis l. 2. tit. 53. §. 1. qua cavebatur, quod ad captionem pignorum ad solvendum fisco uterque vir, & uxor citarentur. Non est ergo ambigendū etiam de jur. Reg. antiquo necessariam fuisse citationem utriusque conjugis ad addictionem perficiendam: quod quidem expressum est in Ordin. novæ Collectionis lib. 3. tit. 86. §. 27. non quasi de novo illud inductum fuisset, sed aperi-
tius declarando ea, quæ jam antea erant disposita: qui sensus videtur verior. Unde fit, quod cum lex nova sit antiquæ legis declarativa, comprehendit omnes casus, qui de præterito trahunt originē, cum hodie sub dispositione legis novæ in judicium deducantur ex his, quæ eleganter Bart. in l. omnes populi num. 44. ff. de justit. & jure, Gama decis. 260. num. 3. Parlador lib. 3. differ. 79. §. fin. quia licet effectus jā consummatus nō extinguitur, licet perveniat actus ad casum, à quo incipere non potuit, hoc procedit in qualitate, quæ per momentum sufficit adfuisse, non vero in illa quæ requirit perseverantiam, & modo in judicium venit, Gama decis. 27. n. 4. & 5. Morla in emporio 1. part. tit. 1. de legib. quæst. 6. num. 7. vers. tertius casus. Nec dubitari potest Ordinationem novam esse explicativam antiquæ, nam in d. §. 1. addictio permittitur sine consensu, vel citatione uxoris: quod idem in d. §. 27. exponitur per verba clariora, quia olim solum loquebatur in termino signando, de quo hodie agitur in eadem Ordin. tit. 86. §. 28. addictio enim non nisi speciali judicis mandato expeditur, ex Valasc. conf. 37. num. 3. Ac proinde quia actus maxime præjudicialis citationem partis desiderat.

Quæ omnia etiam si vera agnoscam, tamen non sufficiunt, ut addictio facta annuletur, ut infra dicam.

4 In secunda quæstione totus vertebatur labor, An ex illo defectu, &

nullitate allegata deberet addictio re-tractari? Et receptissimum est, à tribu-
nalibus exulare simplices nullitates, DD. in l. fin. §. fin. ff. quod metus causa, prosequitur Gregor. l. 10. tit. 4. part. 3. Afflict. decis. 372. Gama decis. 324. Va-
lasc. conf. 65. ad fin. & de jure emphyt. quæst. 6. n. 14. & de partition. cap. 39. n. 72. Cabed. 1. part. decis. 36. & 159. Nec obstat l. si cum nulla §8. ff. de re judic. & in l. 1. C. de execution. rei judic. Ubi si capta sunt pignora, quando nulla sen-
tentia præcessit, distractio revocatur, quia hi textus procedunt in vi expulsi-
va, quæ non patitur addictionem vale-
re: securus tamen esset, si vis tantum da-
retur compulsiva, ut in d. l. fin. §. fin. quod metus causa: sicque explicatur Bart. in
l. à Divo Pio §. in venditione n. 6. ff. de
re jud. dum habet, quod si judex incep-
pit à captura, & sic indebitè, nihilomi-
nus solutio facta creditori sustinetur:
explicat Paulus conf. 472. num. 4. lib. 1.
Ubi docet, quod licet quis inordinate
sit captus, non debet relaxari, si constet
de vero debito, argum. d. §. fin. Ias. d. §.
in venditione num. 12. Negus. de pig-
nor. 2. membr. 2. part. num. 23. faciunt,
quæ idem Paulus in d. l. si cum nulla in
fine, ubi habet, quod quando ex sen-
tentia justa fit injusta executio, & inor-
dinaria, valet, si constet de debito. Ber-
nard. reg. 168. Aviles prætor. cap. 11.
verbo sentenciadas, fol. 162. Nevisan.
conf. 77. à num. 7. & in causa criminali
Grammatic. conf. 40. n. 62. Gama decis.
237. num. 3. & decis. 40. Ubi non audi-
tur opponens de nullitate addictionis,
nisi prius debitum deponat. Socin. conf.
99. lib. 4. num. 10. & succedunt quæ Vá-
tius de nullitat. rubr. ult. n. 128. ad finē,
dum tenet quod si sententia ob aliquæ
defectum est nulla, & tamen in se est
justa, debet confirmari per judicem ap-
pellationis, spreta nullitate, Bart. in l.
si expressim num. 15. ff. de appell. & in
specie ita servari in Senatu Sabaudia
Antonius Faber in Codice Fabrian.
lib. 7. tit. 20. diffinit. 53. Cujus verba
sunt, nisi prius offerat quicquid debet,

cum

dum certissimi juris sit executionē quātumvis nulliter factam, si tamen pro debito facta fuerit, tenere.

Unde praxis recepit, quod nullitatis nuda allegatio non admittatur, nisi quando insimul pars proponat interesse probabile sibi ex nullitate obveniens ex Roman. conf. 499. num. 2. & ex Alex. in d. l. non solum §. morte, num. 47. ff. de novi oper. Vantius ubi supra num. 108. Surdus conf. 227. num. 17. & conf. 181. num. 28. Quod sine dubio procedit in Senatu supremo, ubi Princeps repræsentatur, & ex eo ibi possunt defectus processus suppleri, Valasc. de jure emphyt. q. 6. n. 14. Vantius d. rubr. ult. n. 24. Sicque procedit Ord. lib. 3. tit. 63. §. 3.

5 Nec obstat d. Ordin. in §. 5. dum vetat nullitatem suppleri, quæ provenit ex defectu citationis, vel ex aliqua ex nullitatibus ibi expressis, prout est defectus curatoris, de quo etiam Ordin. lib. 3. tit. 41. §. 8. quia satisfit, quod illa Ordinatio non debet intelligi de quacunque citatione in discursu processus necessaria, vel in addictione, quia procedit in prima citatione ad causam, quæ in se includit naturalē defensionē partis, Clem. pastoralis §. quia vero de re jud. cap. 1. de caus. poss. Valasc. de partition. cap. 7. à n. 2. & ideo ad omnes actus judicij prima citatio sufficit, ex Ordin. lib. 3. tit. 1. §. 13. & tit. 47. §. 4. Et ideo hæc prima citatio tanquam judicij fundamentum non omititur, nec præsumitur, nisi de ea constet, ex Felin. in cap. tenor n. 1. de re judic. Tiraq. de præscript. fol. 62. Peres ad l. 2. Ordin. in fol. 493. Menoch. lib. 2. præsumpt. 22. Mascard. concl. 290. & 1110. & 1315. n. 9. Flamin. de resignat. lib. 10 q. 8. num. 57. nisi sit summarissimum judicium, in quo citatio partis necessaria non est, Gutierr. lib. 1. Canonic. c. 34. à n. 103. Adeo ut aliquando in rebus magni præjudicij non quælibet citatio sufficiat, sed requiratur personalis, Gózales gloss. 9. in annotation. n. 119.

Quod autem illa Ordin. in d. §. 5. procedat in dicta prima citatione, probatur

in comparatione alterarum nullitatum ibi expressarum, qualis est defectus curatoris, vel falsi procuratoris, quæ singulæ nullitates causam attingunt à principio, & cum ipsa incipiunt, prout & ipsa citatio ad causam.

6 Nec tandem obstabit, quod in ultima quæstione opponitur, quod in hac addictione considerabatur defectus gabellæ non solutæ, cuius omissio contractum vitiat, & addictionem ex Ordin. lib. 1. tit. 78. §. 14. in fine verl. *E isto mesmo.* Ubi se refert ad id, quod in principio disposuerat in venditionibus, in quibus dicta Ordinatio statuit, ut certitudo gabellæ in ipso venditionis instrumento inseratur, de quo Gamma decis. 90. num. 4. & decis. 371. sub nullitatis pæna, quam nullitatem per verba geminata inducit, ibi : *Sejaõ ne-nhūs, & de nenhum effeto:* quæ verborum geminatio quid importet, examinat Tiraquel, in l. si unquam verbo revertatur num. 46. Cotta in memorabilibus, verbo geminatio, Caldas Pereira de extint. cap. 18. num. 1. Ex quo videtur, quod ex tali contractu possidens, si spolietur, restitui nequeat, quia jam erat alicujus effectus; sed adhuc puto restituendum, quia hoc conceditur in odiū spoliantis, & ex contractu nullo transfertur possessio, l. quod vir uxori ff. acquir. poss. Gomes l. 45. Taur. num. 23. Menoch. 2. remed. recip. num. 6. & 15. & remed. 15. n. 448.

8 Deinde addit, quod ipsimet contrahentes contra contractum venire possint; quod ex eo est, quia cum contrahentes non poterant impugnare factum proprium, ex regul. text. in l. post mortem ff. de adopt. Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 3. ideo lex Regia indulxit, ut audiatur partes ipsæ: prosequitur Afflict. in cap. ultim. num. 48. quæ sint Regal. Medices de compensat. 2. part. quæst. 30. num. 19. Vaz allegat. 28. num. 55. Cardoso verbo gabella num. 4. Ex quo colliges deceptum fuisse doctissimum Barbosam in suis annotationibus ad illam Ordinationem, dum intelligit,

Gg 3 quod

quod attenta illa lege soli contrahentes possunt opponere de illa nullitate, motum illis verbis: *Eas mesmas partes: quæ ideo posita sunt, ut explicarent casum magis dubium, quia contrahentibus non licebat venire contra factum proprium, alijs autem de jure licebat, quorum intererat.*

Ultimo, quod omni tempore allegans hanc nullitatem admittatur, ibi: *Em qualquer tempo: in quo videtur excludere 30. annorum præscriptionem ex his, quæ Boer. decis. 182. num. 4. quia hoc lex potest facere ex Balb. 1. part. quæst. 14. Rebuff. de in integrum restit. art. 1. gloss. 4. vers. & sic Rex, Aymon conf. 775. num. 3. Osascus decis. 102. Caldas Pereira verbo sua facilitate, n. 80. Cabed. decis. 70. num. 3. Sed puto verius esse, quod illa permisso non extendatur ultra 30. annos, quia illa verba: Em qualquer tempo, exponuntur, ac si dixisset, semper: cujus vis ultra trigesimum annum non protenditur. Valasc. de partition. cap. 25. num. 24. Sicut actiones perpetuo duraturæ eodem spatio concluduntur, l. sicut, l. omnes C. de præscript. 30.*

9 Quæ omnia eadem Regia Ordinatio videtur extendere ad addictiones, dum subdit: *Em isto mesmo se guardará nos bés, que se venderem em pregaõ, nos quaes os Escrivaẽs que fizerem as arremataçõens, seraõ obrigados do dia da arremataçam a tres dias o fazerem escrever no livro das fizes, & cobrar certidaõ do Escrivaõ dellas, &c. Verum licet særissimè in Senatu pro hac parte judicatum vide- rim, aliquando etiam pro contraria judicatum extitit, ut casus addictionis non sit sub regula dictæ Ordinationis: cujus partis fundamenta non sunt contemnenda, suadet namque dictam Ordinationem non sic intelligendam in addictionibus, ac in venditionibus; quia hoc secundo casu non annullat contractum, licet gabella statim soluta non sit, quia non repetit decretum irritans, quod lex exprimeret, si vellet, l. unica §. sin autem Cod. caduc. tollend.*

cap. ad audientiam de decim. Tiraq. in l. si unquam, verbo libertis num. 3. Valasc. conf. 53. num. 6. maxime in materia pœnali, l. sanctio legum ff. de pœnis. Unde fit, quod licet quoad alia censeatur eadem pœna repetita contra scribam, qui intra triduum certitudinem gabellæ solutæ non deduxerit; tamen nullitas contractus salva manet, cum parti non incumbat eo casu dictam certitudinem adducere, sed tabellioni, ibi: *Os tabelliaẽs seraõ obrigados do dia, &c. Quare cum verba legis ad tabellionem dirigantur, contrahentes non ligant, ne alias ipsi ex facto alieno puniantur, & ex negligentia scribæ; cum sufficiat soluisse gabellam, ut addictione teneat. Unde illa verba, Em isto mesmo, sunt referenda ad finem versiculi præcedentis, ubi lex loquebatur cum tabellione, ut certitudinem gabellæ insereret: & continuativè procedit, & cum iisdem loquitur eos obligando, ut in addictionibus dictæ certitudines extrahunt sub eadem pœna amissionis officij, vel dirigitur ad partes, quando non solvent gabellam omnino, quia & eo casu addictione nulla erit.*

10 Quod quidem in casu, de quo agimus, minus habebat dubij, quia probabatur gabellam addictionis solutam fuisse, antequam causa inciperet; quod licet non sufficiat in venditione, quia nisi inseratur certitudo gabellæ, contractus caducat; tamen in addictione, in qua illa forma non requiritur, sufficit, ut gabella ante ingressum causæ soluta appareat: ut declaratur in ipso regim. gabellar. c. 4. §. 12. & regim. Coron. Regiæ c. 69. idem exprimitur, & de jure idem est ex l. hoc edicto ff. de publican. l. edicto ff. de jur. fisc. Gomes l. 9. Tauri n. 31.

Atque ex his fundamentis D. Alvarus Lopes Moniz Regius Procurator, & magnæ eruditionis vir, & D. Hieronymus Pimenta d' Abreu Cæsarij Patrimonij Procurator, D. Frâciscus Caldeira, in utraque Universitate Salmanticensi, & Coimbricensi Primarius ju-

DECISIO LXXVI.

357

ris Cæsarij Professor ; qui dexteritate ingenij nulli cedit, cum alijs illius ordinis viris, quos omitto, ne longior siam, quibus ego accessi , sententiam Senatus

revocandam duximus ; qua sententia additionis nulla declarata fuerat : Scriba Azevedo,

SUMMARIA.



*Xori de jure cōmu-
ni non est prohibi-
tum contrahere.*

*Interpretata l. velles
C. de revoc. dona-
tion. ibi.*

2 *Interpretata l. si uxor Cod. de pig-
nor.*

*Maritus hæres uxorū, ejus factum
non impugnat. ibi.*

*Interpretata Ordin. lib. 4. tit. 42.
§. 4. ibi.*

3 *In hoc Regno non potest uxor con-
trahere sine marito.*

4 *In Hispania interdicitur uxori ad-
ministratio.*

*In foro conscientiæ non est tutus ;
qui à sola uxore emit. ibi.*

5 *Quæ sit ratio, cur uxori interdic-
tur alienatio.*

6 *Interpretata l. velles Cod. de revo-
cand. donation.*

*Ponderatur l. si uxor de pignor.
ibi.*

7 *In l. velles uxor donavit rem ad
maritum non spectantem.*

*Pignus in re aliena non consistit.
ibi.*

*Lex Regia prohibendo uxori com-
munium rerum alienationem, non
corrigit jus. ibi.*

*Lex prohibens uxori alienatio-
nem procedit in favorem mariti.
ibi.*

*Apud nos uxor non disponit de re
communi, nec pro sua parte, quia
præjudicat usufructui mariti. ibi.
Solum uxor disponit sine marito
per ultimam voluntatem. ibi.*

8 *Si maritus abest contempta fa-
milia, valet venditio, ut maritus
teneatur reddere pretium uxori
datum.*

DECISIO LXXVII.

An uxor marito absente possit vendere mobilia ? Ad Ordin. lib. 4. tit. 48.



*Xorem , filiosque reli-
querat Sebastianus Ro-
driguez d'Andrade : cū-
que necessaria ad su-
stentationē familiæ sub-
traxisset, & à domo lon-
ge abesset, uxor nullam vendidit, quam
paulò post ipse Sebastianus ab emp-
tore vendicabat , arguens de nullitate*

venditionem ab uxore celebratam ipso
absente : Præses venditionem appro-
bavit : & re delata ad Senatum, circa
illa duo quæstio vertebatur, an venditio
facta à sola uxore teneret? Secundum, an
pretiū empori à marito reddendū eslet?

1 *Et quoad primum advertebam,
quod de jure communi uxori non erat
prohibita bonorum suorum admini-*

stratio, eorumque distractio, sed magis permissa, ut indubitanter probat text. in l. velles C. de revocand. donation. ibi: *Desine itaque postulare, ut donatio, quam perfeceras, revocetur sub praetextu mariti & liberorum absentiae, cum hujusmodi firmitas ipsorum praesentia non indigeat: & ibi notat gloss. firmans contra servari apud Lombardos per legem municipalem, quam habent, & ibi notat Bald. & in cons. 130. vol. 4. Angel. conf. 353. n. 1. & probat Ancharran. conf. 364. & Tiraq. de jure mariti gloss. 8. num. 5. firmans consuetudines contrarias esse juris correctorias; ac proinde restringendas, ex Imola ab eo citato conf. 24. Sed dubio hoc non caret, ut infra dicam ex Covarr. de sponsal. 2. part. §. 1. cap. 7. in parvis fol. 117.*

2 Pro hac parte citat Tiraq. bonum text. in l. si uxor tua C. de pignor. Ubi uxor pro pecunijs mutuo acceptis bona hypothecavit, & pignori obligavit, eaque mortua marito haeredi instituto præcepit prædictas pecunias ut solvat, si velit pignora: sed adhuc dici potest, textum procedere, quia mutuum fuerat contractum de consensu viri: sed quia divinat, dici potest textum procedere, quando maritus est haeres uxor, cuius factum ideo improbare non potest ex notatis in l. cum à matre Cod. de rei vendic. Pinel. in l. 1. 3. part. num. 79. Barbosa in l. Lutius num. 20. ff. solut. matrim. Molin. disput. 216. fol. 1318. Inducit etiam Tiraq. text. in l. sive generalis 62. ff. de jur. dot. in fine. Ubi curatori uxoris marito absente permittitur bonorum distractio: ne dum ergo idem concedendum est ipsimet uxori: sed non consideravit vir ille illum textū loqui, & procedere, quando illa distractio bonorum fit ante contractum matrimonium, ex eo quia vir nolebat matrimonium contrahere, nisi in pecunias sibi præstaretur: quo casu Consultus respondit curatorem cum decreto judicis posse bona alienare, ut sic cum gratia viri matrimonium posset contrahi, & dos in pecunia constitui: qui

casus longe distat à nostro, in quo agimus de bonorum alienatione facienda post contractum matrimonium, invito, vel inscio marito. Strictius hanc opinionem probat d. l. velles, quæ non patitur infirmari donationem propter vi- ri absentiam: idem ergo est dicendum in qualibet alia alienatione. Et pro hac opinione videtur arguere Ordin. lib. 3. tit. 42. §. 4. ibi: *E for leza assim nos contratos, como nos juizos: dum innuit posse uxorem contrahere. Quare cum nulla lege Regia expresse uxori contractus prohibitus sit sine marito, casus debet manere in dispositione juris communis, secundum quod uxor alienat, ut in d. l. velles. Atque ex his fundamen- tis videbatur præsidis sententia susti- nenda.*

3 Verum contrarium credo, quod in his Regnis uxor non potest sine con- sensu mariti contrahere, ac proinde neque in judicio stare, quamvis bona sint mobilia, quod palam deducitur ex communicatione bonorum per consue- tudinem, & leges Regni lib. 4. tit. 47. in- ductam, per quam omnia bona sunt cō- munia. Qua ratione ne propter sexus fragilitatem marito præjudicium ali- quod inferatur, convenit uxori, omnem bonorum administrationem, vel aliena- tionem esse interdictam, meminit Men- chac. lib. 1. quæstion. forens. cap. 11. n. 3. & seqq. quod quidem ab speciali probat Ordin. lib. 4. tit. 66. Ubi permitti- tur uxori à concubina mariti donata ab ipso revocare, ibi: *Eßa causa que assim vingar, seja sua propria, & ibi: E que possa fazer della o que quizer: idem esse in Hispania dicit Menchac. lib. 1. quæstio- num forens. cap. 10. in princ. Clare ergo ostendit, excepto hoc casu, non habe- re uxorem administrationem bonorum, nec alienare posse.*

4 Hocque ipsum persuadetur, si consideremus hac eadem ratione de- fendi leges Hispanas, quatenus dispo- nunt omnem bonorum administra- nem ad maritum spectare, ut disponi- tur lib. 3. Foro legum tit. 20. l. 13. ubi
no;

notat gloss. 1. & lib. 1. tit. 11. l. fin. ubi etiam gloss. verbo, *E outorgare*, & l. Tauri 55. ubi Gomes num. 2. prosequitur Covarr. d. §. num. 1. & in reg. peccatum §. 3. num. 10. ubi citans Soarium in l. 63. tit. de las deudas, Tiraquel. & alios, resolvit in foro animæ non esse tutum, qui ab uxore sic alienata possidet: quæ omnia etiam consonant juri Canonico, secundum quod mulier transit in viri potestatem, cap. mulier 23. quæst. 1. facit illud Gen. c. 3. ibi: *Sub viri potestate eris, & dominabitur tui:* & probat Ordin. d. lib. 4. tit. 66. ibi: *Em poder do marido.* Quare idem quod apud Hispanos, in hoc Regno observandum est.

5 Quæ autem sit nostrarum, & Hispanarum legum ratio, ut mulieri interdicatur suarum rerum administratio, dubitari potest, & hoc totum sexus fragilitati Doctores tribuunt, quia mulieribus est peculiare, ut in propria incommoda laborent, & ruant, ut per Palat. in repet. rubr. §. 68. num. 2. DD. in l. transactionem Cod. de transaction. Tiraquel. in leges connubial. gloss. 5. num. 26. Menchac. lib. 1. quæstion. forens. cap. 11. num. 3. ubi citat Decium conf. 502. Tanta est enim illius sexus fragilitas, ut olim in perpetua cura esse notanter doceat Baeça de decim. tutor. cap. 14. num. 5. Sed hanc rationem nunquam probavi, quia si sexus fragilitas in hoc attenderetur, non permitteretur mulieri solutæ suarum rerum administratio, ut in d. l. Tauri 55. adnotavit gloss. 1. vers. si tamen, & præsentit Palat. d. §. 68. in princip. Et hoc argumento utitur Baeça de non melior. filiab. cap. 11. num. 60. Nec insuper Ordin. d. tit. 66. uxori concederet dispositionem eorum, quæ à concubina revocat, si sexus fragilitas attendenda foret: rectius igitur dicendum videtur causam impulsivam illarum legum esse mariti damnum, quod inde poterat subsequi. Ita Bald. & Salicet. in l. 1. C. unde vir, & uxor, Angel. conf. 88. Tiraq. in leges connubial. gloss. 8. num. 40. Menchac. d. cap. 11. num. 3. Ac proinde;

in favorem mariti debet hæc prohibicio inducta censerri.

6 Unde infertur has leges Regias, dum uxori bonorum communis administrationem, & alienationem denegant, non esse juris communis correctrias, ut vulgus putat. Neque obstat text. in d. l. velles, quia ut consideravit gloss. 4. in d. l. 55. Taur. in fine, lex illa loquitur in donatione facta filio, quam posse uxorem facere marito, incontulito filiorum favore, glossa illa admittit: prout etiam admittit Ordin. lib. 4. tit. 96. in princip. ibi: *Doação polo pay, ou māy, ou por ambos:* nisi intelligas de matre vi- duia, vel de matre donante de consensu mariti.

7 Sed hæc interpretatio parum aridet, siquidem restringit illum textum, ut solum procedat in donatione facta filio, non vero extraneo, quod est contra cōmunem, illū textū. intelligentē in donatione cuicunque facta, idque ratio exposcit, quāvis de filio ibi propter casus contingētiam fuerit facta mentio, & cōfundi potest, per l. si uxor tua C. de pignor. Ubi bona pignori uxor dedit extraneo non filio, & validus fuit cōtractus. Quare verius videtur, quod ille textus, & similis, qui uxori cōtrahendi concedunt facultatem & alienandi, debent intelligi circa bona propria ipsius uxorū, quorū nulla pars ad maritum spectabat; quia cū hoc casu nullum marito possit inferri præjudicium, non est cur uxori denegetur libera contrahendi potestas, secundum quem intellectum omnia sine ullo obice procedunt; conceditur enim mulieri solutæ bonorum administratio, quia sibi soli, & non marito nocet.

Esse autem veram hanc interpretationem facile defendi potest, si consideremus d. l. velles loqui in donatione facta ab uxore, eademque volente illam revocare, & sic prædia donata, & mancipia repetrere. Quo casu indubitanter præsupponit, rem propriam ad maritum non spectantem uxorem donasse; aliter enim, si aliena res esset, donatio non teneret, ut per gloss. &

DD,

DD. in l. si quis alienam ff. de action. empt. Quapropter in casu illus textus videtur sine dubio donationem factam fuisse de re propria ipsius uxoris, quem admodum in d. l. si uxor tua, propria bona pro mutuo fuerunt pignori data, ut ex litera illius textus patet, ibi : Res proprias obligavit : aliter enim neque pignus stare posset ex his, quæ tradit Negus. de pignor. 3. membr. 8. part. n. 13. Unde fit nostras leges Regias non repugnare juri communi, quia procedunt prohibendo uxorum alienationes in bonis, in quibus suam habent partē mariti, quibus præjudicium generari non debet. Unde in ejus favorem tales leges conditas recte comprobant Palatius d. §. 68. num. 3. Baeça d. cap. 11. n. 60. Galeaula dicit tales leges favorabiles in Rubr. de verbor. n. 17. Atque ideo maritus renuntians huic favori potest gesta ex postfacto firmare, si velit, Palat. d. num. 3. & seqq. Quare si apud nos uxor donet eam rem, quam ex pacto retinuit immunem à communicatione, non valebit distractio, quia fit cum præjudicio ususfructus mariti, nec valebit pro parte uxorius ex regul. l. 1. & 1. C. commun. rerum alienat. quia rei communis alienatio valet pro parte alienantis: secus in uxore, cui interdicta est administratio, unde solum per

ultimam voluntatem marito' in consulto disponit.

Atque ex his fundamentis convincitur perperam præsidem judicasse venditionem nullæ validam extitisse factam ab uxore, cum non propria uxoris esset, sed communis: late comprobat Cabed. decis. 106. per totam.

8 Verum in secunda quæstione placuit, quod quia constabat maritum sine cura familiæ data opera discessisse, licet stricto juris rigore valere nequeat alienatio, quia saltē debuit adiri judex, cuius auctoritate fieret distractio, ut suppleretur viri absentis cōsensus, argum. Ordin. lib. 4. tit. 47. §. fin. lib. 4. tit. 12. & lib. 3. tit. 63. §. 4. Cabed. d. decis. 106. num. 5. Tamen quia pretium nullæ constabat versum in substantiationem familiæ, cuius cura, & regimen ad maritum spectabat, jussimus, ut reddita nulla marito sine ulla aestimatione fructuum, ipse pretium pariter redderet emptori, quasi utiliter ejus negotium gestum fuerit, dum etiam eo invito utiliter in ejus familiæ sustentationem impensum est, argum. l. solvendo ff. de negot. gest. faciunt quæ Cabed. d. decis. 106. n. 8.

Atque ex his sententiam revocavimus hac declaratione: Scriba Estevão de Castro.

S U M M A R I A.



1 pater solum disponit de tertia, filios videtur instituisse in suis legitimis portionibus.

Institutio eo casu tacita est. ibi.

Beneficium edicti divi Adriani nō competit, nisi filio instituto. ibi.

Contrarium aliqui tenent. ibi.

2 Confutatur opinio Acosta.

Non Oberit, licet pater ultra terciam aliquid disponat. ibi.

Interpretata Ordination. in sumario, ibi: Da terça sómente, ibi.

3 Quando uxori relinquitur tertia, & post eam filiae, tunc uxorius solum censemur relictus ususfructus.

Quando dispositio concepta est in persona filiae, & uxorius, valet respectu utriusque. ibi.

4 Pater, si inter filios disponit, & admiscet extraneum, respectu hujus requiritur plena solemnitas.

5 Annulata dispositione respectu matris

DECISIO LXXVIII.

361

*matris filia capit per jus non de-
crescendi alteram partem.*

6 *Filia hæredi instituta si tertia re-*

*linquitur, illam capit ipsa titula
prælati.*

DECISIO LXXVIII.

*An ex testamento nuncupativo minus solemnni possit uxori tertiam à marito ac-
cipere, quando ei filia substituta fuit? Ad Ordin. lib. 4. tit. 82.*



Ecedens Antonius Alvarez nuncupativè suum ultimum elogium concepit, & coram tribus testibus uxori tertiam bonorum reliquit in vita sua dumtaxat fruendam, eique filiam post ejus mortem substituit. Reliqui filij de nullitate testamenti opponebāt, eo quod ipsi non fuerant in eo instituti, cum sine hæredis institutione testamentum stare non posset, §. ante hæredis Instit. de legat. Uxor vero pro sua defensione adducebat Ordin. Regiam lib. 4. tit. 82. Ubi disponitur, quod quotiescūque pater disponit de tertia parte bonorum, censetur tacite filios instituisse in sua legitima: deinde, quod illud testamentum nuncupativum coram tribus testibus valuit, etiam quoad tertiam, quia in ea fuerat filia substituta, ratione cujus illa imperfecta dispositio ratione solemnitatis testium valet, quia licet in nuncupativis testamentis sex requirantur testes ex Ordin. lib. 4. tit. 80. §. fin. tamen illud non procedit, quando tertia filiae relicta est, in cuius favorem solemnitas remittitur §. ex imperfecto in l. hac consultissima C. de testam. cui cum adhæreat dispositio in favorem uxoris concepta inseparabiliter, eodem etiam privilegio gaudere debet ex ratione text. in l. si communem ff. quemadmod. servit. amitt. ex quibus judex reliquos filios exclusit, qui petebant, ut hæreditas traheretur ad causam intestati, quia tertia inter omnes erat dividenda, & tertiam substitutæ filiae in totum adjudicavit, quia

jam mater eo tempore deceperat: in cuius confirmationem Senatus inclinavit, diversis tamen fundamentis, & inter alia à Iurisconsultissimis Senatoribus illa principaliter dubia movebantur.

Primum, An satis factum fuisset Ordinationi Regiae lib. 4. tit. 82. substituendo filiam matri in tertia parte bonorum hæreditatis?

Secundum, Ari valeat illa dispositio imperfecta ratione solemnitatis etiam quoad uxorem?

Tertium, An illa tertia bonorum pars pertineat ad uxorem in vita sua, vel statim filie acquiratur in vita ipsius?

I. Et quoad primum indubitate juris Regij est, quod quando pater disponit de tertia tantum suorum bonorum, videtur tacite filios instituere in sua legitima, si vel tertia alteri ex filiis, vel alicui extraneo relinquatur: patet ex lege Regia lib. 4. tit. 82. in fine princip. ibi: *Como se expressamente fosse instituido:* in quo videtur ortam habere à Bartolo in l. Gallus num. 5. ff. de liber. & post hum. dum tenet, quod sufficit, quod filius sit tacite institutus: sequitur Paulus in l. si quis §. fin. eod. tit. ad quod facit text. in l. si mater C. de inoffic. testam. licet aliter sentiat magis communis ex Ias. & Alex. in d. l. Gallus, Guille. in cap. Raynutius fol. 205. num. 394 Azeved. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 173. Zevallos quæst. 182. ubi late explicat Valasc. cons. 165. & cons. 68. num. 2. & de partition. cap. 21. num. 31. Vaz alleg. 29. num. 133. & allegat. 61. à num.

num. 25. Gama decis. 153. & 173. qui ampliat in posthumo: Caldas Pereira de nomin. quæst. 11. n. 9. Costa in cap. si pater, verbo censemum num. 17. in fine, qui ampliat in pupillati substitutio- ne, quæ sustinetur ex institutione taci- ta, Negreiros lib. 1. cap. 14. n. 43. & lib. 2. cap. 4. n. 23. idem Caldas Pereira de nomin. quæst. 9. num. 5. & de emption. cap. 27. n. 35. Et licet idem Emmanuel à Costa in l. Gallus §. & quid si tan- tum in princip. n. 46. adnotaverit ad va- liditatem talis testamenti requiri, ut pa- ter in tertia ipsa filium instituat, vel il- lum, cui eam relinquit: quod dicit pro- bari, quia lex presupponit patrem testa- mentum facere, quod stare non potest, nisi hæres instituatur juxta l. non codi- cillum C. de testam. Inferens exinde, quod si hæres non reperiatur institutus filius, cui tertia relinquitur, non possint uti beneficio l. fin. Cod. edict. D. Adrian. quod solis hæredibus scriptis concedi- tur, ut firmat ibi Alex. n. 22. Decius 39. Curtius 86. Angel. in l. sorori ff. si pars hæredit. Licet Bald. in cap. 1. de contro- vers. inter mascul. & fæmin. n. 1. aliter sentiat, remedium d. l. fin. etiam con- cedi hæredibus non scriptis, si sint sui hæredes, quia sola existentia sufficit: pro qua opinione facit text. in l. ex fa- cto ibi: *Quid enim interest, ff. de vulgar.* & est receptius ex Bald. in l. 3. C. inoffic. testam. Fulgos. in d. l. sorori, & Alex. in d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. n. 11.

2 Tamen hæc Costæ opinio neu- tiquam placere potest, cum videam le- gem Regiam solum considerasse, quod pater solum cogitavit disponere de ter- tia sua, in quo tacite visus fuit filios hæredes instituisse: quam tacitam in- stitutionem lex Regia probavit. Licet de jure communi contraria esset com- munior opinio, ac proinde non est cur nova requiratur institutio in tertia, & notanda sunt illa verba: *De a mandarem di- stribuir, como for sua vontade: in quo vi- detur lex aperte innuere posse ad libi- tum testatorem de sua tertia dispo- ne, late Surdus decis. 21. n. 14.* Nec pa-

riter oberit, si pater ultra tertiam dis- ponat, quia illa verba Ordinationis, *De sua terça*, non dant formam dispositio- ni, & utile per inutile non vitiatur, imò illud plus debet refecari ad similitudi- nem in officiis & donationis, ut per Pa- latium in l. Taur. 19. num. 2. qui in ter- tia loquitur: ubi num. 3. quod pro rata fiet diminutio, si pluribus fuit relicta: Ferdinand. in l. Taur. 25. à num. 6. Ob- stat tamen, quia cum lex ista in hoc sit contra magis communem, restringi de- bet ad casum, in quo loquitur l. cum quidam ff. de liber. & posthum. pro qua parte urget verbum hujus legis, ibi: *Somente da terça*, ubi se ad illam re- stringit. Sed adhuc verius credo con- trarium, quia lex Regia solum habuit respectum ad mentem, & voluntatem testantis, qui filios visus est instituisse, cum de sola tertia disponit: & utroque casu vel ultra tertiam disponat, vel in- tra, voluit filios vocare ad legitimam, nam de facultatibus suis plus sperant homines, quam in ipsis est, §. in frau- dem Instit. qui & ex quibus causis. Nec illud verbum *Somente*, inductum fuit pro forma, sed dumtaxat ad intelle- ctum testatoris, qui solum voluit de sua tertia disponere: & ideo licet excedat de tertia, videtur disponuisse, facit l. qui quartam ff. de leg. 1. ubi legatū in quar- ta parte tenet, licet sonet in dimidiam ex intentione testatoris.

3 Quibus præhabitibus, recte infer- tur potuisse relinqui uxori dictam ter- tiam, & post eam filiæ, ut post ejus mortem admittatur; tunc enim uxori solus ususfructus censetur relictus ex his quæ Menoch. lib. 4. præsumpt. 141. Verum quia in præsenti testamentum erat nuncupativum sine legitimo te- stium numero, filia statim ad tertiam admitti debuit, non quasi à secundo gra- du inciperet dispositio ex ratione l. si filius ff. hæred. instit. l. 3. ff. de liber. & posthum. quia tertia accipitur titulo le- gati, vel relicti; quando vero relinqui- tur filio hæredi in legitima instituto, ta- cite titulo prælegati accipitur.

In secundo dubio controvertebatur, an illa rigorosa legis solemnitas, dum sex requirit testes in nuncupativa dispositione, lib. 4. tit. 80. §. fin. doctissimus Aegidius 4. part. 1. 1. C. sacros. eccles. n. 11. procedat etiam in hoc casu? Et videbatur suaderi non esse illam summam solemnitatem observandam. Primo quia cum tertia particulari titulo legati capiatur, legata nutu relinquuntur, l. nutu ff. de leg. 3. sufficitque testibus probari, quorum numerus cum expressus non sit, duo, & ad sumnum tres sufficient, cap. in omni de testib. l. ubi numerus C. de testib. & in nominat. emphyteut. probat Ordin. lib. 4. tit. 37. §. 3. ibi: *Por testemunhas ao menos*: ubi suppleri debet verbum tres, ut declaratum fuit Aresto Senatus fol. 143. lib. ult. explicat Aegid. in l. 1. C. de sacros. eccles. 2. part. n. 26. Valasc. conf. 61. num. 114. Gama decis. 85. & de sacram. præstand. quæst. 6. num. 20. Gomes l. 40. Taur. n. 59. Sicut alias in fideicōmissō nullus testis requiritur, sed sola fides hæreditis spectatur, l. fideicōmissum ff. de condic. indebit. l. non dubium vers. illud de testam. l. si veritas C. de fideicōmiss. Aegidius in d. l. 1. C. de sacros. eccles. 2. part. n. 37. & duo sufficient testes l. ait prætor §. si judex ff. de re judic. & aliquando unus l. Teopompus ff. dot. prælegat. Deinde quia cum hæc dispositio partim fuerit concepta favore filie, & partim favore uxoris, licet respectu uxoris maior solemnitas requiratur d. §. ex imperfecto; tamen sufficit dispositionem concipi in filiam, ut dispositio valeat respectu utriusque personæ. Sicut alias in socijs videmus, qui cum communem causam habeant, unus alterius privilegio juvatur, ut in patrono sacerdotali, & ecclesiastico, qui privilegijs Ecclesiastici fruitur ex his, quæ per DD. in cap. 1. de jure patronat. lib. 6. facit Ordin. lib. 3. tit. 80. §. 1. l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus, & in crimin. Clarus §. fin. q. 94. n. 4. Caldas Pereira verbo vel adversarij dolo n. 6. Cabed. dec. 11. n. 10. Afflict. dec. 215.

4 Verum illud in præsenti dicen-

dum est: nam licet pater inter filios disponat ea solemnitate solum, quæ attento jure naturali requiritur, l. hac consultißima §. ex imperfecto C. de testam. l. fin. C. fam. hercisc. tamen si in illa dispositione miscetur extraneus, respectu illius omnis solemnitas actus desideratur d. §. ex imperfecto in fin. d. l. fin. ibi: *Quibuscumque verbis, vel indicijs*: nec juvatur privilegio filij; quia cum illud speciale sit, ejus personam non egreditur, quia res est dividua; potestque separari utile ab inutili, regul. utile lib. 6. Covarr. præct. cap. 34. n. 2. facit Ordin. lib. 3. tit. 24. §. 4. & lib. 1. tit. 87. §. 45. Barbos. 3. part. l. 1. n. 33. Menoch. remed. recip. n. 377. & de arbitrar. cas. 95. idē Caldas Pereira verbo vel adversarij dolo n. 25.

5 In ultimo dubio controvertebatur, supposito, quod respectu uxoris relictum tertiae non valuit, quo jure filia admittenda sit, an ex vi substitutionis, vel an potius tertia ad omnes filios pertineat, veniatque inter eos dividenda, ut decidit Imper. in d. §. ex imperfecto?

Sed neutro ex his modis filia admittitur, quia cum esset uxori relicta tertia in vita, quo casu usufructus censetur ex his, quæ Menoch. dict. præsumpt. 141. & hæc dispositio corrueret ex defectu solemnitatis, filia statim admittitur ad legatū tertiae tanquam uxori conjuncta, ex reg. l. re conjuncti ff. de leg. 3. de quo est text. in l. separatim ff. de cond. & demonstrat. Et hoc casu potius est jus non decrescendi, ut ususfructus uxori relictus jure consolidacionis proprietatem sequatur, quæ apud filiam residet: dubitari tamen potest, quo titulo filia tertiam capiat, cum ipsa hæres patris fiat ex tacita institutione, quæ pater omnes filios instituisse censetur, inter quos pariter & ipsa filia, cui tercia relinquitur, instituta manet, unde cū sit hæres, legatum debet corruere, saltem pro ea parte, qua hæres patris est, quia legatum à se ipsa sibi relinqui non potest, ne idem & debitor & creditor sit, l. si debitori C. de pact. l. credito-

DECISIO LXXIX.

rem ff. de leg. 2. & in specie est text in l.
& quidem 18. ff. de legat. i. l. à filio hæ-
rede tñ illo tit.

6 Quare dicendum est hoc casu fi-
liam tertiam titulo prælegati accipere à
reliquis cohæredibus , in quorum per-
sonis prælegatum consistit ex l. Nesse-
nius 22. ff. ad l. Falcid. ibi : *A quibus le-*

gata & ipsa accepit , &c. l. legatum 116.
§. 1. ff. de legat. i. l. Titia 34. §. Lucius
ff. de legat. 2. videndus Surdus conf. 253.
à n. 6. & 263. n. 29.

Atque ex his sententiam confirma-
vimus in favorem Antonij Fernandez
mariti filiae contra Violantem Nunez:
Scriba Matos.

SUMMARIA.



Hirographum tunc
habet paratam exe-
cutionem, cū ab scri-
bente recognoscitur.

Secus est , quando
illud non recognoscit. ibi.

Probatio nulla quantumcunque li-
quidissima paratam habet execu-
tionem. ibi.

Privata scriptura etiam recognita
à testibus semiplenam facit proba-
tionem. ibi.

2 De jure Regio quid sit.

Interpretata Ordin. lib. 3. tit. 25. in
princ. & §. 9.

Differentia est constituenda inter
epochas nobilium, & peditum. ibi.
Nobilium epochæ non indigent re-
cognitione, ut decendum illis assig-
netur. ibi.

3 Nobilium epochæ, & scriptura pu-
blica quo ad hoc non differunt.

4 Interpretata Ordin. d. tit. 25. §. 7.

5 In chirographo peditis quomodo
procedendum.

6 Ignobiles qui scripserūt, sufficit ut
recognoscant ; secus si tantum sub-
scripserunt, quia tunc debent recog-
noscere chirographum , & ipsam
obligationem in eo contentam.

DECISIO LXXIX.

An ex chirographo Equitis, cuius scriptis fides adhibetur, ac publicis, sit proce-
dendum per assignationem decem dierum juxta formam Ordin. lib. 3.
tit. 25. in princip. & §. 9?



U M Doctor Franciscus
Caldéira Senator Regius
in supremo Supplicationum
Senatu meritissimus pro-
pria manu scripsisse diceretur chiro-
graphum debiti non exiguae quanti-
tatis , creditor Ludovicus Mendez de
Vasconcellos exhibito in judicio chi-
rographo petijt , ut debitori decem
dies juxta formam legis Regiae lib. 3
tit. 25. in princip. ad solvendum assigna-
rentur : dictus Franciscus arguens de
falso chirographum negabat sua manu

scriptum , & non posse per assignationē
decendij procedi: instabat, sed via ordi-
naria oblato libello, cuius precibus Præ-
ses civilium causarum cum annueret,
& juberet, ut ordinarie ageretur; Actor
supplicavit ad Senatum : ubi inter alia
actum fuit de intellectu dictæ Ordina-
tionis, an haberet locum, quādo debitor,
qui asseritur scripsisse , negat se exaraf-
se , & chirographum fecisse : & quia no-
strum jus Regium aliquantulum in
hoc videtur à jure communi defle-
ctere , utriusque præcepta considera-
bant

bant prudentissimi Senatores , & illud primum observabatur.

1 Quod chirographum tunc habet in jure paratam executionem , cum ab scribente recognoscitur. DD. in cap. 2. de fide instrum. ubi Abbas à num. 1. & in cap. 1. de libell. oblatione à num. 18. plura congerit Azeved. in l. 5. tit. 21. lib. 4. novæ Recopil. Valdez ad Soar. fol. 115. Avendan. de exeq. mandat. 2. part. cap. 30. Valasc. conf. 170. num. 7. Parlador. lib. 2. quotidian. 1. part. §. 5. à princip. Gregor. in l. 119. tit. 18. part. 3. Covarr. lib. 2. variar. cap. 11. n. 4. Quando autem negat debitor chirographum à se confessum, receptius est non habere paratam executionem , quia etiamsi testibus sit munitum , executionem non habet ; quia nulla probatio quantumcumque liquidissima paratam executionem habet, gloss. in l. sed etsi possessori §. 1. ff. de jurejur. Avendan. d. cap. 30. n. 5. Soares ad leg. Toletan. limit. 3. Unde & casu illud factum prius probari debet interrogatis testibus, qui interfuerunt confectioni chirographi , vel alijs, quibus noti sint scribentes characteres, facta insuper comparatione, prout debet intelligi Valasc. conf. 67. num. 14. Ubi testatur de stylo regni nullam maiorem solemnitatem observari , quia privata scriptura etiam recognita à testibus solam semiplenam facit probationem ex eodem Valasc. conf. 177. num. 1. & 6. & conf. 164. num. 2. & 170. num. 7. Afflict. decif. 181. Covarr. pract. cap. 22. num. 1. Rota Genuæ dec. 84. num. 2. Craveta de antiquitat. tempor. 1. part. n. 64. Vivius lib. commun. verbo Comparatio literarum, de quo apud Hispanos est d.l. 117. & 119. tit. 18. part. 3. cogitandum relinquit Parlador ubi supra num. 16. ad fin. Et ideo non parum stylus à Valasco relatus operatur , dum ex semiplena probatione apocham exequendam decernit : Unde fit , quod cum in præsenti Reus negasset à se confessum chirographum, nec facta fuisset comparatio, nec interrogati testes aliqui super facto, nullo modo executive agi poterat, sed

via ordinaria libelli , argum. text. in l. Publia §. fin. ff. depositi , l. nuda ff. de donation. DD. in l. admonendi ff. de jurejur. Cabed. decif. 28. & decif. 35. Gamma decif. 75. & 239. & succedit l. in cōtractibus §. illo C. de non numerata pecunia, ubi negante reo apocham, transfertur in agentem probandi necessitas illam esse debitoris.

2 Hæc tamen licet ita de jure communi constituta sint, aliter tamen se res habet attento jure Regio , secundum quod ex dispositione d. Ordin. d. tit. in princ. colligitur, considerata insuper eadem Ordin. in §. 9. quæ differentiam cōstituit inter epochas Nobilium, Equitum, Senatorum, vel similiū , & inter eas, quæ à plebeis conficiuntur, ut priores si scilicet à nobilibus & scribantur, & signentur, simul eam habeant prærogativam, quod illis, ac publicis scripturis fides adhibetur , cum sint illarum personarum, de quibus meminit Ordin. lib. 3. tit. 59. §. 16. Cabed. decif. 139. n. 3. & decif. 28. & 33. Gamma dec. 73. n. 3. & decif. 139. Atque ex eo in eis non executivè, sed summarie abbreviato iudicio per assignationem decem dierum procedatur, illis decendio assignato , ut Reus vel solutionem, vel falsitatem chirographi probare possit, talia adducens argumenta , ex quibus ostendatur vel falsitas, vel solutio: quod ita faciendum demonstrat lex Regia in d. princ. in illis verbis ibi: *Affine logo o termo de dez dias, &c.* quod verbū , Logo, exponitur ac statim , quod resecatis alijs dilatibnibus confessim decendum assignandū demonstrat, nulla præhabita recognitio ne chirographi, quia habet fidem, & authoritatem instrumenti publici : sicut namque si quis negasset scripturam, non ideo minus illi terminus decem dierum assignaretur : sic pariter in chirographo quod per viam regulæ publicæ scripturæ à lege æquiparatur, dicendum est, dispositum enim ia uno ex æquiparatis utrumque comprehendit , ex his quæ Surdus conf. 5. n. 5. & 163. num. 23. & 277. num. 28. quando eadem est ra-

tio cons. 23. num. 39. in odiosis cons. 29. num. 14. & 85. n. 26. quia tunc dicitur comprehensio cons. 241. n. 39.

3 Nec obstat, si quis dixerit, quod diversa est ratio scripturæ, & simplicis chirographi, cum illa fide publica tabellionis, & testium munita sit: quia respondetur non differre, cum à lege æquiparentur ad hunc effectum, & pari modo potest quis negare & chirographum, & scripturam publicam, negando tabellionem, & testes ipsius; si igitur negatio relevat negando chirographum, pariter & proderit negando scripturam, cum illa negatio semper faciat rem dubiam, Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 6. in princ. vel igitur negatio utroque casu sufficit, vel neutro, quod verius puto.

4 Nec pariter obstat, si quis dicat, quod Ordinatio Regia non jubet, ut & præsenti, & neganti chirographum esse suum decem dies assignentur, sed quando non adest, ut possit fieri in ejus contumaciam, ut colligitur ex Ordin. d. tit. 25. §. 7. ibi: *E não aparecer em juizo per si, ou por seu procurador, ser-lhe-hão assinados os dez dias: Sic que debet exponi in hoc principio, ne repugnat juri communi: quia respondetur imò contrariū colligi, ne dicamus eandem legem sub eodem titulo bis idem disposuisse, quia cum in principio egisset de eo, qui cōparet, cui statim jubet, ut decendum assignetur, manebat dubium, an idem esset dicendum de non comparente, & quia idem jus utroque casu versabatur, statuit, ut pariter assignentur.*

5 In chirographis autem ignobilium, & peditum aliam longè procedendi diversam formam constituit; nam in his lex Regia secundum jus commune disponit, jubendo in d. §. 9. quod tunc summarie procedatur, si Rens recognoverit apocham suam esse, ejusque manu factam, & signatam, nec intererit, an ab alio signata sit, ex Ias. in l. qui Romæ §. Chrysogonus n. 9. ff. de verbis obligat. & probat l. 119. tit. 18. part. 3. Suares in l. post rem ampliat. 2. Quod

idem erit, etiam si subscriptionem non habeat, dummodo tamen ipse recognoscatur, ex Paulo in l. cum antiquitas n. 7. C. de testam. vel si diem, & consulem non habeat, quia id in publicis scripturis requiritur, non in privatis, l. cum tabernam §. idem quæsijt ff. de pignor. Tiraq. de retract. convention. §. 1. giosf. 7. n. 43. Quod autem in hoc casu recognitione præcedere debeat, patet ex illis verbis ibi: *Se aquelle, contra quem he apresentado, reconhecer ser por elle feito, & assinado: quæ verba conditionem inducunt, si recognoverit, & ante conditionem impletam nulla assignatio fieri potest, quia ea est natura cujuscumque actus conditionalis, l. hæc scriptura ff. de condit. & demonstrat. quod autem hæc procedendi forma sit diversa ab ea, quam præstiterat in chirographis nobilium,* patet ex d. §. 9. in princ. ibi: *Que não seja daquellas pessoas, a quem se não deva dar tanta fé como scriptura publica: sic ostendens, quod in illis personis alio ordine procedendum est, prout dixerat in principio; diversitas autem ordinis nulla alia esse potest, quam quod nobiles non citantur ad recognoscendum, nec interpellantur, ut recognoscant; secus vero plebei, alias nullus diversus ordo inter eos esset, & inepte Ordinatio §. 9. exciperet nobiles ibi: Não sendo, &c. quod ignorare, est in media luce cæcutire.*

6 Unum tamen advertendū est circa recognitionē ignobiliū: quod lex Regia diverso modo loquitur, dū plebeus suum chirographum sua manu factum, & subscriptum recognoscit, vel à se solum subscriptum, ut primo casu sufficiat chirographū à se factū, & signatū recognoscere: quando vero solum ab ipso subscriptum sit, non sufficiat recognoscere subscriptionem, sed oporteat tunc & obligationem in chirographo contentam recognoscere, patet ibi: *Se aquelle, contra quem se apresentar, reconhecer em juízo q̄ he por elle feito, & assinado, ou assinado somente, reconhecendo elle aver feito a obrigação constante no dito alvará, lhe assinará os dez dias. etc. Potuit enim cōtinere,*

DECISIO LXXIX.

367

gere, ut rusticus juberet chirographum scribi, ut signo Crucis signaret, ut de jure fieri posse testatur l. 1. §. fin. C. de jure deliber. Quo casu lex advertit, quod potuit & falsum scribi, & legi coram rustico literarum ignaro, qui bona fide Crucem apponeret; tunc in favorem illius noluit, ut sufficeret simplex Crucis, vel signi recognitio, nisi & insuper ipse recognosceret formam contractus in eo contentam, & quod ita contraxit: & videtur verus illius legis sensus, ad quem adhuc neminem vidi advertere.

Ex quibus censuimus revocandam

SUMMARI.



*Onsanguinei nō sunt
conjungendi in elec-
tionibus.*

*Pontifices ex una fa-
milia plures non eli-
gebantur. ibi.*

*Si electis impedimenta opponun-
tur ante adeptam possessionem, in
Senatu jubetur, ut supersedeatur.
ibi.*

Interpretata Ord.lib. I. tit. 67. §. I.

DECISIO

Præsidis sententiam, jubendumque, ut Reo assignarentur decem dies ad probandum falsitatem chirographi, vel solutionem; non enim lex Regia alium sensum patitur: bene verum est, quod propter periculum, quod dari potest, si falsum chirographum præsentetur, quando reus persona esset probatae opinionis ex qualicunque etiam imperfecta probatione, eo negante chirographum, ipsum non condemnarem in contentis in chirographo, sed receptis impedimentis falsitatis altiori iudicii causam relinquem.

*In diversis officijs bene eliguntur
consanguinei. ibi.*

*Beneficia difformia sub eodem te-
cto haberi possunt. ibi.*

*Pater, & filius possunt habere of-
ficia distincta. ibi.*

*Pater fit judex, ubi filius es-
criba.*

*Interpretata Ordin. lib. I. tit. 48.
§. fin. ibi.*

LXXVIII.

*An consanguinei intra quartum gradum possint in eadem electione ad munera
civitatis eligi? Ad intellectum Ordin. lib. I. tit. 67. §. I.*


Æpe in Senatu controvertitur de personis electorum, An sint habiles, ut Reipublicæ munera subire possint; illi enim qui vacant, vel non eliguntur, non pressis labijs abeunt, imò in varias ad Senatum Supplicationes irrumpunt, quæ nostras passim aures circumstrepunt: inter alias illa in meas incidit manus, an observata fuisset Ordin.

nationis forma lib. I. tit. 76. dū Decurio quis creatus fuerat cum Iudice Ordinario, cū ambo se intra quartū gradum consanguinitatis attingeret? Electionem videbatur evertere Regia Ordin. d. loco, in illis verbis ibi: *Em os pilouros dos Juizes, & Vereadores naõ ajuntarão parétes, ou cunhados dentro no quarto grao, para em hū anno averem de servir: in idē inclinat Ordin.lib. I. tit. 79. §. 45. & tit. 48. §. fin. Idque ipsum ratio naturalis exposcit.*

Hh 3

i Nam

1 Nam si Iudices, & Decuriones ad invicem consanguinei proponantur, quis alterius errores corriget? Quis proprijs i[n]hians lucris consanguineorum fædere innixus Reipublicæ quietem non perturbabit? Sapiet perfecta tyrannidem talis gubernandi norma, & nil satius excogitari potest, quam ut separantur, & dividantur consanguinei in administratione, nec ad invicem cōmisceantur; sic enim observabat antiquitas, quæ duos Pontifices ex eadem familia non eligebat, ex Gunthero de veteri jure Pontificio num. 37. Si enim consanguinei, vel pater, & filius insimul Decuriones fiunt, in publicis, & privatis actionibus in eandem sententiam prorsus vergunt; quanvis Paulus in l. illud ff. quod cujusque universitat. nomin. Azeved. in Curia Pisan. lib. 2. cap. 12. & in l. 34. tit. 6. lib. 3. Recopil. post Avend. cap. 19. Prætor num. 23. sentiat, quod pater, & filius possunt inservire publicis muneribus, & in electione filij patrem posse suffragium ferre, quia una, & eadem persona non reputantur in publicis actionibus, quia præsumendum est potius bono communi, quam proprio eos incumbere d.l. illud ff. quod cujusque univers. nomin. Unde merito quando electis tale impedimentum opponitur ante adeptam officij possessionem, in Senatu providetur, cassando electionem, jubendoque, ut habiles elegantur, prout docuit Speculat. in tit. de censibus §. nunc videndum num. 16. Ripa de peste tit. de remed. ad conservat. Ubertin. num. 193 Rebuff. 1. tom. ad leges Franciæ tit. de sentent. provision. in præfat. n. 130. Azeved. in Curia lib. 2. cap. 4. n. 13. Cabed. decis. 84. 2. part. n. 33.

2 Verum his non obstantibus electionem sustinendam duximus, quia Ordinatio d. tit. 67. §. 1. si bene legatur, non prohibet, ut consanguinei eligi possint eodem anno in diversis officijs, veluti si unus ad judicis munus subeundum eligatur, alter ad Decurionatum, quæ cum sint munera diversæ speciei,

& difformia (ut ita loquar) ad imaginem beneficiorum difformium, quæ sub eodem tecto possideri possunt, saltem ex dispensatione Episcopi, ut teneant gloss. in cap. 1. de consuetud. in 6. verbo nisi unitum, & Clement. fin. eod. tit. Ioann. Andr. Abb. & in cap. literas de concess. præbend. Domin. Francus Selva, Gomes, Hojeda, & Mandozius, quos refert Garcia de benefic. part. 11. cap. 5. num. 230. Qui num. 235. ubi cum multis censet non esse necessariam dispensationem S. Pontificis; quia maior datur prohibitionis ratio, quando uniformia sunt. Atque ideo illa verba legis Regiæ, ibi: *E nos pilouros dos Juizes, & Vereadores não ajuntem, &c.* debent singula singulis referri, ut in pila Iudicum consanguinei simul non immittantur, vel in pila Decurionum illius anni; non autem ita accipi debent, ut consanguineus Iudicis non immittatur in Decurionum, vel consanguineus Decurionis in pila Iudicum, Curia Philipica lib. 4. cap. 1. num. 2. Bobadilla lib. 3. 2. part. cap. 8. num. 85. Ubi patrem, & filium ad Decurionatum simul admitti posse supponit, nam cum hoc nulla lege prohibitum sit, quia Ordinatio Regia solum prohibet, ne pater, & filius idem officium obtineant, non tamen vetat, quod si distincta sint, ab illici valeant obtineri, sicut alias in actionibus universitatis insimul admittuntur, Franciscus Marcus decis. 630. num. 2. Azeved. in Curia Pisan. lib. 4. cap. 1. n. 2. Avend. d. cap. 19. Prætor. num. 23. Boer. decis. 2. num. 5. Castillo de Bobadilla ubi supra d. num. 55. Atque ita judicavimus in præsenti casu. Sicque debet accipi Cabed. d. decis. 84. num. 33. qui dicit, ne in eadem globula incluantur, non tamen excludit, ut in diversa, consulatusque dignitatem simul habuisse Tiberium, & Drusum, cum pater, & filius essent, refert Cornelius Tacitus lib. 3. fol. 170. Fuit Scriba Azevedo.

3 Aliquando vidimus in Senatu dubitari, An pater Iudex creari possit,

ubi

ubi filius Scriba est? Et videtur posse; quia hoc edictum est prohibitorum, ubi omnes admittuntur, qui non reperiuntur prohibiti ex Azeved. lib. 4. tit. 25. l. 7. & l. 15. tit. 3. lib. 7. novæ Recopil. Verum apud nos videtur aliud esse de jure Regio, si inspiciamus verba Ordin. d. tit. 79. §. 45. quæ generaliter excludit, ne pater, & filius simul scribant: & lex generalis, licet faciat decisionem particularem exemplificando aliquos casus, reliquos comprehendit, in quibus datur eadem ratio. Gutierr. de juram. 3. part. cap. 2. num. 8. Soares tit. de las ganancias num. 33. Barbosa in l. si constante in princip. num. 102. pro quo facit Ordin. lib. 1. tit. 84. Ubi coram patre prohibet filium Procuratoris of-

ficium exercere; & magis urget, ut pater eligi nequeat, ubi filius scribit. Ordin. lib. 1. tit. 65. §. 49. Quæ jubet, ut judex inquirat de officialibus, & super scribis §. 55. Quomodo ergo pater de filio inquiret, & quis crimina probabit? Nec obstabit, quod alius Iudex substituetur, si ipse suspectus est, quia illud procedit in inquisitione particulari, non vero in generali, in qua Iudex recusari nequit. Quæ quidem opinio magis videtur menti Ordinationis consonare, licet hic casus in Ordinatione non sit expressus. Cumque olim proponeretur in Mensa Sacri Palatij, ut quasi divino oraculo terminaretur, percepit a deciso fuisse, ne pater, & filius simul inserviant.

SUMMARIA.

- 1**  Crupulosa nimis est solemnitas, quam lex Regia requirit in testamētis in scriptis.
Testis, qui alieno sigillo signat, tenetur exprimere cuius nomine signat. ibi.
Hujus solemnitatis defectus vitiat. ibi.
5 Tabellionis assertio, quod ad pre-

ces defuncti signavit, an sufficiat. Quando tabellio id exprimit, non deficit solemnitas. ibi.

Explicatur Decisio Gamæ 126.

Explicatur Decisio 45.

3 Interpretata Ord. lib. 4. tit. 80. §. 1.

4 Differentia facienda est in forma consulto non observata, vel errore probabili cum adminiculis, quod interfuit.

DECISIO LXXXI.

De validitate testamenti, in quo testis, qui pro testatrice in approbatione subscripsit, quod de mandato ipsius subscripterat, omisit, illud tamen offerente Tabellione. Ad Ordin. lib. 4. tit. 80. §. 1.

- 1**  Ontroversum fuerat inter Ioannem Pereira, & alios contra Franciscum Leitam ex oppido de Villa Franca, quod testamentum uxoris Rei,

quo ipsum hæredem instituerat, erat nullum ex pluribus defectibus: quorum urgentior erat, quia testis, qui in approbatione testamenti pro testatrice signaverat, non expressisset se id facere ejus mandato, prout disponit Regia Ord. lib. 4. tit.

80. §. 1. ibi: *Declarando ao pè do final, que assina por mandado do testador, por elle não saber, ou não poder assinar, & doutra maneira não será valioso o testamento: per Iudicem, & Auditorem sententia contra Reum lata fuit, & in Senatu eas revocandas placuit, ex eo quod in dicta approbatione tabellio expresserat testem illum pro testatrix signasse ad ejus preces.*

I Et quidem scrupulosæ nimis, & captiosæ videntur legis Regiæ solemnitates, quæ in condendis testamentis observari jubet, quas etiam & vetustas coluit; in eo namque versiculo lex Regia desumpta est ex doctrina Bart. in l. ad testium §. si ab ipso ff. de testam. ibi: *Quia qui alieno sigillo sigillat, de hoc debet facere expressam mentionem: hoc antiquis legislatoribus placuisse testatur Oldendorpius in principio formularum actionum; quia legislatoribus non displicuit, ut ad proximos cognatos devolvatur hæreditas, & bona in familia relinquantur, quando testator caute, & observatis legis regulis non testetur. Quæ tamen ratio non perfectè concludit, cum ex captiosa solemnitate sæpe etiam consanguinei proximiores lædi possint bonis ad remotiores delatis contra juris præcepta. Hujus itaque solemnitatis defectum vitiare testamentum nemo ambigit ex vi decreti irritantis, quod non patitur testamentum exequi nisi solemne, cuius solemnitas de substantia ipsius est; licet alias de substantia testamenti in genere non sit, sed accidentalis solemnitatis, quæ per se non vitiaret considerata, late Felin. in cap. cum dilecta de rescriptis. & præter alios, quos congerit Gama decis. 45. num. 3. dixit Tiraquel. de retract. lig. nager §. 1. gloss. 11. num. 10. & 12. & §. 36. gloss. 2. num. 26. Paris. conf. 19. n. 183. vol. 2. Gutiert. in l. nemo num. 10. & 113. Bursatus 2. part. conf. 158. & 4. part. conf. 396. num. 19. Caldas Pereira de nomin. quæst. 10. num. 40. idem Tiraq. ad leges connubial. gloss. 7. num. 188. Ubi per æquipollens impleri non pos-*

se ait Cabed. decis. 129. per tot.

2 Quare illud solum discussendum est, An assertio tabellionis, quod testis signaverit ad preces testatrix, suppletat defectum? Et quidem insignis Gama decis. 126. qui pro hac opinione citatur, videtur loqui in longe diverso casu, quia ibi testis dixit illa verba: *Assino por mim, & pelo testador: licet omisisset, De mandado do testador.* Et cum in tali subscriptione utrumque requiratur, & implicite mandatum reperiatur, quia nemo signat pro alio, nisi ad preces ipsius; recte defectuosa solemnitas suppletur, quia vere non deficit, ut actus corruat: nec eo casu potest dici forma omissa, sed magis illo modo explicata. Nec aliud evincit alia decisio ejusdem doctissimi Gamæ 55. num. 2 quia ibi Authoris sententia refertur; cum tamen in contrarium judicatum sit. Insuper agit de testamento à tabellione scripto, quod quidem nuncupativum erat, & non clausum; constat enim illa testamenta, de quibus Ordin. lib. 4. tit. 80. in princip. & alijs paragaphis, & etiam si à tabellione fiant, esse nuncupativa, explicat Valasc. conf. 177. num. 6. Unde illa scrupulosa solemnitas, quæ requiritur in testamenti clausi approbatione, non debet extendi ad alios.

3 Unde sentiebam, quod hoc casu, ne videatur Lex Regia infringi, ea interpretatio sequenda erat, quod legi Regiæ tunc fiat locus, quando illa solemnitas omnino in actu deficiat, nec omnino constet, an ad preces testatoris testis signaverit, quæ omissa dici non potest in totum, quando tabellio id affirmat, licet ipse testis non expisserit; quia tunc magis detegitur error, quam suppletur solemnitas: explicat eleganter D. Caldas Pereira de emption. cap. 34. num. 22. in fine. Sicut alias Valasc. conf. 149. num. 12. solemnitatem Ordinationis remittendam dicit, quando notoriè constat defunctum non potuisse scribere, vel partis adversæ accedit confessio, aut assertio tabellionis, argum. Ordin.

DECISIO LXXXI.

371

Ordin. lib. 3. tit. 59. §. 5. & tit. 52. §. 3. & lib. 4. tit. 19. §. 2. cum alijs. Ubi contestio partis admittitur, quando scriptura sit de necessitate probationis.

4. Vel igitur ex hoc fundamento, vel ex eo quod facienda est differentia inter formam consulto non observatam, vel errore probabili, quando aliqua reperiuntur adminicula, quæ errorum commendant: ut primo casu perreat actus, in secundo secus, ex his quæ Mantica de conjectur. lib. 2. tit. 4. num. 4. & lib. 7. tit. 12. num. 2. Matienço in l. 1. gloss. 4. num. 7. tit. 4. lib. 5. Recop. pungit Flores in addit. ad Gamam dec. 126.

Ex quibus humanicrem partem sequi, quia de errore testis constabat retinentis se ad testatrixis preces subscriptissime, verbum namque illud man-

dado, quo lex Regia utitur, debet explicari ad preces, quia morientis preces mandato æquipollent, prout de jure testes dicebantur rogati, & aderant adminicula, scilicet fides tabellionis in dicta approbatione dicentis de precibus ipsius subscriptissime. Insuper maxima probabatur infirmæ debilitas, ne scribere posset, ut considerat Valasc. d. cons. 149. num. fin. Addition. ad Gamam d. decis. 45. num. 1. Sententias revocavimus in favorem testamenti: Scriba Georgio Fernandez. Idem in processu inter Monachos S. Dominici contra Ioannam de Lemos Elvensem: Scriba Domingos de Basto. Idem judicavimus in alio processu inter Franciscum Mendez contra Annam Moniz: Scriba Antonio Carvalho.

SUMMARIA.



Erogatoria triplex
est.

Derogatoria voluntatis etiam est triplex.

In testamento expressa non aliter derogata censetur, nisi fiat mentio in secundo de verbis derogatoriis in primo appositis.

In hoc Regno ex communi sententia judicavimus. ibi.

Si constet de voluntate, nulla derogatoria obstat. ibi.

Clausula derogatoria non vincit ipsam voluntatem expressam ibi.

Non solum sufficit generalis revocation, verum nec illa opus est. ibi.

3. Hæres an audiatur rei vendicacione contra singularem possessorem titulo possidentem.

Explicata l. item veniunt §. præ-

ter hæc ff. de petit. hæred. ibi.

4. Differentia est, au quis emerit hæreditatem, vel rem hæreditatis.

5. Emptor hæreditatis an conveniantur rei vendicatione.

Emptor particularis non conveniantur. ibi.

6. Emptori quomodo succurratur contra verum heredem.

Datur illi exceptio ex persona venditoris. ibi.

Explicata l. si quis ff. de petit. hæred. ibi.

7. Explicata l. sed et si §. item ff. de pet. hæred.

Exceptio competit ex persona venditoris, ut prius cum eo agatur. ibi.

8. Verus sensus d. §. item.

Hoc casu laudatio venditoris admittitur. ibi.

DE.

DECISIO LXXXII.

DECISIO LXXXII.

An cōtra singularem rei possessorem, qui titulum habet ab hærede putativo, qui possidet, agere valeat rei vendicatione ille, qui se verū hæredem proficitur?



Uidam Antonius Fernandez testamentū condidit in oppido d' Abrates, hærede instituto cū clausula derogatoria, ne aliud valeret, nisi in eo illa verba descripta reperirentur: Christus factus est obediens pro nobis. Postea prioris dispositionis immemor aliud testamentum fecit cum generali omnium præcedentium revocatione sine speciali illorum verborum expressione, in quo alium constituit hæredem, qui, hæreditate adita, ex ea olivetum tertio vendidit, contra quem primus hæres actionem movit proposita rei vendicatione, & de duobus dubitabatur. Primum, an dictum secundum testamentum revocasset primum? Deinde, an concesso, quod non revocaretur, posset primo loco institutus hæres rei vendicationem intentare contra tertium, & singularem possessorem?

I. Circa primum notandum est triplicem esse derogatoriam, solemnitatis aliam, aliam voluntatis, aliam tandem potestatis. Prima, illa est, qua testator sibi maiorem solemnitatem ordinaria prescribit: secunda, quia removet à se consensum, & voluntatem ad alium actum gerendum: tertia, qua se astringit, & sibi potestatem aliter gerendi interdicit. Prima, & ultima parvi sunt effectus, cum & solemnitas actuū, vel potestas ad illos gerendos particularibus personis non subsit, sed pendeat ex legum decretis, quibus non derogatur privatorum pactiōibus, vel dispositiōibus; quia nemo sibi legem ponit, l. nemō potest ff. de legat. I. plures citat Menoch. lib. 4. præsumpt. 166. num. 6. Media vero clausula derogatoria, quæ voluntatis est, suos habet effectus con-

tra actus, qui post illam sequuntur, quia leges cum voluntati gerentium famulentur, voluntatis defectus legis etiam præcepta corrumpt, quæ non aliter sustinet actus gestos, nisi sub umbra quadam voluntatis gerentis, post Bart. in l. si quis in princip. num. 3. ff. de leg. 3. Socin. in l. si mihi & tibi §. in legatis ff. de legatis 3. num. 23. & 24. latè Alex. conf. 25. incipit viso vol. 3. Covarr. in rubr. de testam. num. 19. late Menoch. lib. 4. præsumpt. 166. n. 7. Antonius Faber de errorib. pragmat. de cada 38. error. I.

¶ Hæc derogatoria voluntatis consideratur etiam tripliciter, ut per Menoch. d. num. 7. vel generaliter apposita, vel specialiter, vel in individuo, quas non tolli Doctores asserunt, nisi simili expressione facta in actu sequenti, ut generali, speciali, vel individua revocatione pariter tollantur, ex reg. l. nihil tam naturale ff. de reg. jur. d. l. si quis in princip. Menoch. ubi supra num. 13. in fine, Bart. & Bald. in l. l. ff. si quis in jus vocat. post alios Ripa in l. l. num. 68. ff. de vulgar. Unde cum in præsenti in primo testamento essent illa verba apposita, de quibus supra, non alia quam speciali illorum expressione, seu individua derogari potuit ex sententia Hermoginiani in d. l. si quis in princip. Ubi requirit, quod testator specialiter dicat se prioris voluntatis pœnituisse, ibi: *Si specialiter dixerit, &c.* Castrensis conf. 279. lib. I. quem sequitur Ruinus conf. 228. num. I. in fin. lib. I. Decius cōf. 475. num. II. Nata in Auth. hoc inter liberos, num. 60. C. de testam. quos citat Menoch. ubi supra num. 59. Iul. Clar. §. testamentum quæst. 98. Covarr. in Rubr. de testam. part. 2. num. 19. concl. 4. Et licet ab horum Doctorum senten-

tia recedere non liceat in hoc Regno, ubi ex sententia communi judicamus ex Ordin. lib. 3. tit. 64. si in puncto juris hæc hæsitatio metienda est, ridiculum judico, quod quando constet de voluntate revocantis prius testamentum, vel quia ex forma dispositionis, vel alijs legitimis conjecturis appareat ipsum revocare voluisse, nihilominus sit spēctāda specialis, vel individua, seu specifica revocatio, ut secundum testamentū prius tollat; non enim minus habet roboris juramentum, quo testamentum fulcitur, ne amplius revocari valeat, quam clausula derogatoria, quæ habet se ad modum simplicis protectionis, qua testator futuræ voluntatis vinculum relaxat, ejusque effectus enerat, quasi non à sua legitima voluntate, sed adulterina, & illegitima elicitos: & tamen videmus testamentum juramento roboratum alio solemani tolli, per quod contrariæ voluntatis enixa argumenta suppetunt, licet ex tali revocatione testator fiat perjurus, quia juramentum habet effectus clausulæ derogatoriæ, ut dixit Bart. in d. l. si quis in princip. n. 15. per text. in l. cum pater, §. filius matrem ff. de leg. 2. ubi Doctores communiter plures, quos citat Gutierr. de jura. confirm. 1. part. cap. 2. num. 6. Et tamen si constet de voluntate testatoris volentis à prima voluntate recedere, non erit impedimento vinculum juramenti, etiamsi promiserit tali stare testamento, quia illud juramenti vinculum extra testamentum est, nec impedit revocationem actus, alijs natura sua revocabilis; licet perjurium ex revocatione incurritur; licet in dubio potius credendum sit testatorem immemorem prioris juramenti extitisse, ne perjurium præsumamus: si autem colligatur ipsum revocare voluisse, nemo ambigit prius testamentum nullari, sicut alias omnes agnoscunt; quod si huic secundo testamento juramentum etiam additum sit, prius revocatur sine alia expressione, quia colligimus à priore voluntate recessisse, ut dixit

Bald. receptus communiter in l. sanctus C. de testam. ubi l. 1. num. 8. Socin. in d. §. in legatis num. 12. Covarr. ubi supra illat. 2. Mantica de conject. lib. 12. tit. 8. num. 20. Menoch. d. præsumpt. 166. num. 35. Tiraq. de legib. cōnubial. gloss. 5. num. 149. Paris. conf. 24. num. 6. lib. 2. Covarr. in d. rubr. num. 19. 2. part. Clarus §. testamentum quæst. 99. vers. item scias, & Molin. tom. 1. de just. disp. 151. quanvis dicat necesse esse, ut in secundo testamento fiat mentio primi juramenti, alioquin non censeri primū revocatum per secundum juramentum: non ergo revocatio prioris actus à declaratione de novo facta pendet, sed à voluntate gerentis, quia clausula derogatoria est quædam conjectura voluntatis: quomodo ergo potest vincere ipsam voluntatem, quæ conjecturas & vincit, & componit l. in conditionibus ff. de cond. & demonstr. Insuper talis clausula est accessoria priori actui, & illo destructo non est in quo subsistat. Cum igitur actus à voluntate gerentis pendeat, quem cōfirmant, & firmorem reddunt illæ protestationes voluntatis, contraria voluntate oportet & solvi accessoria, & robora, quæ extrinsecus accesserant, sicut & ipsa voluntas contraria tollitur. Concludamus igitur cum Fabro d. decade 38. error. 1. ad revocandum testamentum prius, in quo talis clausula inserta fuerit, non modo sufficiere generalem revocationem, sed neque necessariam illam esse, sufficiente sola posterioris testamenti potestate propter conjunctam juris autoritatem: nec quidquam referre quibus verbis clausula derogatoria concepta sit, cum appareat de alijs hæredibus institutis, quam qui fuerant in priore. Nec obstat quod Socinus objicit ex l. 1. §. integ. ff. ad l. Cornel. de fals. arguens de confirmatione testamenti generali, vel speciali, ut pari ratione testamenti reprobatio aliquando debeat esse generalis, aliquando specialis, quando scilicet præcedens clausula id exposcat. Quia respondetur cum Fabro, quod specias

lis subscriptio ibi requiritur , cum extraneus sibi aliquid in testamento adscripsit , & quia illam clausulam falsam lex Cornelia præsumit , ideo exigit specialem approbationem , ut suspicio purgetur ; quod non convenit testamento cum clausula derogatoria , quod ubi primum revocatur , omnia contenta corruunt , nec contraria voluntas patitur voluntate sublata durare clausulas derogatorias , quæ ab ipsa voluntate vires accipiunt , qua mutata , & ipsas mutari necesse est : nec aliqua suspicio subsist , cum de voluntate sine ulla suspicione falsitatis constet : quam doctrinā approbat Covarr. Iul. Clar. & Molin. locis supra citatis , qui refert Gregoriū Lopes.

3 In secunda parte non leve est dubium : An hic primus hæres audiendus foret reivendicatione contra singularem possessorem titulo possidentem ? Et an auctorem repellere possit exceptio , ne fiat præjudicium hæreditatis penoni ? Vel ut prius agat contra possessorem ? Et quoad primum videtur , quod vendicatio competit l. 3. C. de petit. hæred. l. 1. ff. si pars hæredit. petat. l. 4. C. in quibus cauf. cess. long. temp. præscript. ibi : *Verum hi, qui nec pro hærede, nec p; o possessore, sed pro empo, vel donato, vel alio titulo res, quæ ex hæreditate sunt, vel fuerunt, possident, cum ab his successio vendicari non possit, nihil hæc iuris diffinitio nocet* : facit Paulus in l. licet ff. de petit. hæred. ibi : *Sed hoc totum illi officio judicis restituitur, quod adversarius possidet* : idem dicit Ulpianus in l. sed et si lege §. item si rem ff. illo tit. ibi : *Si nondum usucaptæ sint, vendicare petitor ab emptore possit, & si vendicet, an exceptione non repellatur, &c.* Obstat tamen l. item veniūt §. præter hæc ff. eod. tit. Ubi vendicatio omnino prohibetur , sed rebus hæreditatis distractis bona fide solum ad pretium patet auctio contra venditorem , ibi : *Placeret redactæ ex pretio rerum venditarum pecuniae usuras non esse exigendas*, d.l. sed et si §. scire 4. ff. illo tit.

4 Quia tamen articulus obscurus

est , sequentia notanda duco . Primo , quod duo sunt casus distinguendi , an quis emerit hæreditatem , vel rem aliquam hæreditatis à putativo hærede , qui bona fide distraxit , quando tota hæreditas vendita est ? Tunc emptori succurritur contra putativum hæredem , qui distraxit , l. 3. §. vendicanti , l. si scripti 9. verbo res hæreditarias vendicare ff. petit. hæred. l. legitimam eod. l. 2. verbo petitio civilis ff. de fideicommiss. hæred. petit. l. 2. verbo civilibus actionibus ff. de possess. hæred. per Maranta 4. part. distinct. 3. num. 61. Bart. in l. sed si lege §. item si rem ff. de pet. hæred. Cumanus ibi num. 4. Uvezembechius sub illo tit. C. de petit. hæred. n. 8. Pariter & contra emptorem hæreditatis utilis petitio datur : primo , quando hæres putatus non comparet : secundo , etiam si compareat , si tamen modico pretio vendidit : tertio , quando pinguis succurreretur vero hæredi , si contra emptorem ageret propter personam vendentis : veluti quia fiscus , cum quo non expedit litigare , l. nec ullam §. item si quis à fisco ff. de petit. hæred. quarto , quando vendor jam non habet pretium hæreditatis venditæ , d.l. nec ullam §. apud Marcellū , Bart. & Cuman. ubi supra .

5 Statim dubitari potest : An hic emptor hæreditatis possit conveniri reivendicatione rerum singularium ? Et puto , quod non , si reus opponat , quod fit præjudicium hæreditatis petitioni : sicque debet explicari d. l. nec ullam §. quod si quis , quod reivendicatio locum habeat proposita jam hæreditatis petitione : vel si reus præjudiciale exceptionem non proponat , Cuman. d. n. 4. quia emptor rei particularis non est dubium , quod directa , vel utili hæreditatis petitione non converitur , l. legitimam , l. pro hærede , d.l. nec ullam §. si quis sciens ff. de petit. hæred. quia solum datur adversus eum , qui pro hærede , vel possessore possidet totam hæreditatem , vel partem , d.l. licet , l. regulariter 9. cum legib. seqq. ff. de petit. hæred. l. hæreditas 7. C. illo tit. emptor autem

tem rei particularis nec pro hærede, nec pro possesso^re possidet, licet habeat po-
tentius jus in illa re, quam emptor uni-
versitatis, qui sustinet vices hæredis, l. 2.
§. penult. de hæred. vel actione vend.
Quare contra singularem possesso^rem
titulo possidentem, non aliter agitur,
quam rei vindicatione.

6 Quia tamen multæ æquita-
tis causæ considerari possunt, ut empto-
ri succurratur contra verum hæredem
agenti, æquitas suggerit, ut illi succur-
ratur primo, ut ex persona venditoris
excipere possit, quod actio intentata
contra eum non procedit, nisi prius a-
ctum sit cum venditore, qui est in pos-
sessione hæreditatis, ne per hanc actio-
nem fiat præjudicium petitioni hære-
ditatis, quia re evicta statim Reus age-
ret contra venditorem, & dejiceretur
per indirectum à sua possessione, l. sed
et si lege §. item si rem, ibi: *Quia victi
emptores reversuri sunt ad eum, qui distra-
xerit, & hæc exceptio repellit actorem tan-
quam non habentem legitimam personam,*
guandiu alius hæres ex testamento possidet:
quæ exceptio lata sententia finietur l.
si quis libertatem ff. petit. hæred. ibi:
*Non debet judex de libertate sententiam
dicere, ne præjudicium de testamēto cogni-
turo fiat;* & ibi: *Trajanus rescripsit differē-
dum de libertate judicium, donec de inoffi-
cio^s judicium, aut inducatr, aut finem
accipiat.* Adhuc tamen obstat, quod si
verum hæredem compellamus cum pu-
tativo prius agere, ad quem eorum per-
tineat jus, & nomen hæredis, illud dare-
tur absurdum, quod amitteret verus hæ-
res rei suæ vindicationem, quia putati-
vus hæres pro hærede possidens libera-
tur solvendo pretium, quod accepit, l.
item veniunt §. redactæ ff. de petit. hæ-
red. d.l. sed si lege §. si minori.

7 Quare mature ponderanda sunt
verba Ulpiani in d. §. item si rem, in duo-
bus casibus, quos constituit circa bonæ
fidei possesso^rem rem hæreditatis distra-
hentem, dum decidit rei vindicationem
competere: nam primo statuit posse em-
ptorem agentem repellere, quādo ipse re-

cursum habeat contrā venditorem, aliàs
secus; quia cum cesset evictio, nullum fiē
præjudicium hæreditatis petitioni: quā-
do autem evictio competit exceptioni
præjudiciali, locus est, quia non aliter a-
ctor admittitur, nisi probet se hæredem
cū legitimo contradicte. Unde eo ca-
su sibi competit exceptio ex persona vē-
ditoris, ut cum eo prius agat petitione
hæreditatis, nec eo casu fraudabitur sua
rei vindicatione, quia lata sententia pro
eo judicis officio petet sibi res aliena-
tas restitui d. l. licet, & prosequitur suam
rei vindicationem. Nec aliud probat d.
§. redactæ, & d. §. si minori, quia ibi so-
lum dicitur, quod recepto pretio ab hæ-
rede debitores liberantur ipso jure, cū in
manu veri hæredis sit pretium redactum
non recipere, sed res ipsas vēdicare. Nec
obstat, quod si supponimus personæ il-
legitimitatem ad standū in judicio, hæc
incapacitas sic reperitur, quando regres-
sus patet contra venditorem, ac quādo non
patet; quia utroq; casu sine actione agit
qui adhuc hæres non est, & à fortiori
quando alius hæres est in possessione
hæreditatis cum titulo habili, & legiti-
mo, prout in nostro casu contigit. Quia
satisfit, quod hæres verus semper recte
agit vendicando res distractas ab hære-
ditate, nec ex alio capite eum repellit
tertius possessor, nisi quod infertur pe-
titioni hæreditatis præjudicium propter
evictionem: unde cū cessaverit evictio,
cessabit etiā præjudicium hæredis puta-
tivi, & statim vindicationi fiet locūs,
quia hæc exceptio non opponitur hoc
casu ex persona emptoris, sed ex persona
venditoris.

8 Quare concludo, quod in hoc textu
solū agitur de dupli exceptione: prima,
quæ competit Reo ex persona vendi-
toris, ut dicit Cuman. ibi n. 6. de qua mo-
do agimus, ut ipse repellat verū hæredē
suspento judicio, quo usq; cū putativo a-
ctū sit, ne fiat propter recursū, seu regres-
sus præjudicium hæreditatis petitioni,
& hæc exceptio transit ad emptorē ex
reg. l. si tibi decē §. pactū, l. fidejussoriis §. 1.
ff. de pact. Bart. in d. §. itē si rem, Cuman.

ibi num. 8. Secunda exceptio est ea, quæ oritur ex persona sua ipsius emptoris, patet ex text. in fine ibi: Exceptio locū habet ex persona emptorum, ut scilicet admittatur laudatio venditoris, juxta reg. l. ex empto ff. de action. empt. l. venditor ff. de judic. Ordin. lib. 3. tit. 45. § 7. explicat Barbosa in d.l. venditor nom. 119. Quo casu inter actorem, & laudatum judicium instituetur super validitate utriusque testamenti. Et finita quaestione hæredum, ad quem spectet, si actor verus hæres appareat, intentatam rei vindicationem persequitur: licet apud nos de jure Regio si actor nolit consentire, ut laudatus judicium in se suscipiat, cum utroque, & Reo, laudato judicium constabit, & finietur

ex d. Ordin. §. 7. & 8.

Ex quibus cum in praesenti Reus titulo emptionis possedisset, & regressum habeat contra venditorem hæredem putativum, nec fiat præjudicium hæreditatis petitioni opposita exceptione ex parte Rei actor summovendus est, ut cum possessore prius experiatur, ut pronuntietur hæres, & tunc contra Reum agat, argum. eorum, quæ notantur in 1. decem ff. de verbis. obligat. & in hunc sensum debent accipi Covarr. pract. cap. 12. Parlador lib. 1. cap. 1. §. 11. num. 1. & cap. 5. num. 10. ultra Surdum cons. 28 n. 60. Atque ex his confirmavit Senatus sententiam Iudicis, qui Reum absolvebat ab hujusmodi petitione.

S U M M A R I A.



1. Poliatus, qui patitur super petitorio agi, juri suo renuntiat. Clausula, omni meliori modo, quid operetur. ibi.

Non obstante partis consensu debet solum decidi possessorium. ibi. Partes non renuntiant juri publico. ibi.

2. Qui consentit agi de petitorio adhuc non renuntiat restitutio.

Spoliatus petitorium pendens suspendere potest. ibi.

3. Spoliatus non debet consentire, ne sibi præjudicet.

Consensus tacitus sufficit hoc casu, & explicatur cap. 1. de rest. spol. ibi.

Si non obstante protestatione judex procedat, debet spoliatus appellare. ibi.

Articuli super proprietate non sunt

rejiciendi, ut impertinentes. ibi.

Solus Princeps concedit, ut causa possessionis, & proprietatis simul decidantur partibus renuentibus. ibi.

4. An in odium spoliantis leges rejectant exceptionem dominij.

Spolium duobus modis remitti potest pæsto, vel à parte ante, vel à parte post. ibi.

Primo casu remitti non potest, sed us in secundo. ibi.

5. Favori suo quilibet renuntiat.

Ne spoliatus videatur velle consentire, oportet, ut declaret se velle uti suo privilegio. ibi.

Exceptio spolij duobus modis potest deduci, vel in vim dilatoria, vel peremptoria.

In vim dilatoria movetur, cum agitur de impedimento causæ cursus. ibi.

In vim peremptoria cum petitur resti-

DECISIO LXXXIII:

377

restitutio. ibi.

In vim peremptoriae exceptio in

quacunq; litis parte opponitur. ibi.

Non probatur Valasci opinio. ibi.

DECISIO LXXXIII.

An spoliatus sit ante omnia restituendus, quando passus est, ut Reus opponeret de dominio, nec protestatus est? Ad Ordin. lib. 3. tit. 48.



Um Ferdinandus Rodrigues de Portalegre, vel ex Amea opponeret se spoliatum, & ut ante omnia restitueretur pars adversa, de proprietate egit, & ipse passus est super ea causam agitari. Dubitabatur, An sententia super possessorio tantum proferenda esset? Et placuit cuidam doctissimo Senatori non obstante hujusmodi tacito consensu sententiam super possessorio tantum proferendam ex clausula omni meliori modo in impedimentis apposita, qua conservari dicebat jus agentis ex sententia Valasc. conf. 119. num. 17. citato Menochio remed. 1. recup. num. 166. in fine. Cui difficultati addebam, quod leges ipsæ rejiciunt exceptionem dominij ab spoliatore propositam ob facti atrocitatem, & spoliantis odium l. 1. §. interdictum autem hoc ff. de vi, ibi: *Facinoris atrocitatem, &c.* Clem. 1. de caus. possess. ibi: *Spoliantis odium, &c.* Quare non videtur admitti posse factum partis contra publicam utilitatem, l. jus publicum ff. de paet. sicut alias Mace- doniano renuntiari non potest, l. tamet si 13. ad Macedon. gloss. 1. in cap. si diligenti de foro comp. recepta ex Padilla in l. ult. num. 9. C. de juris, & fact. facit optima Ordin. lib. 4. tit. 13. §. 9. ibi: *E post que as partes renunciem o remedio desta ley: faciunt quæ Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 2. C. de rescind. vendit. n. 2. Mo- zius de contractibus tit. quibus caus. annull. emptio à num. 2. Caldas Pereira verbo laes n. 2. Mascard. concl. 1264. Zevallos quæst. 5 11. Salas de contract. tit. de emptiona. lib. 27. num. 14. cum alijs*

citatis à doctissimo Emmanuele Barbosa in Annotationibus ad leges Regias ad illam Ordinationem, cuius indefessus labor nunquam satis laudatus erit: qui cum longa rerum experientia, & fori exercitatione improbum laborem mira industria copulavit: dignus quidem, ut non exiguo præmio ab invictissimo Principe cumuletur, nisi commune fatum, quod studiosis semper invidet, obstatisset.

2 Secundo potest considerari, quod quantumcunque spoliatus cōsentiat agitari quæstionem proprietatis, & dominij, adhuc non renuntiat restitutioni, & potest de illa obtinēda agere, d. Clem. 1. in fine: maxime quia probatio dominij spoliatori prodesse non potest, cum spolium commissum amiserit omnē jus, & dominium rei, quæ spoliato tribuitur, l. si quis in tantam C. unde vi, cap. ult. 1. quæst. 4. Ordin. lib. 4. tit. 5 8. in princ. Et tandem facit, quod spoliatus petitorum suspendere potest, ut de possessorio audiatur, cap. significaverunt 36. de testibus in princ. ibi: *Suspenso pe- titorio; & ibi: Causam possessionis, ad quæ de juris beneficio, &c.* Clem. 1. in 2. part. de caus. possess. gloss. ult. ad fin. in l. cū fundus ff. de vi, cōmunis in d. §. nihil cōmune, ubi Claudio n. 149. Covarr. 1. resol. c. 16. n. 3. Valasc. conf. 162. n. 4. Cū ergo suspendere valeat petitorū intentatum, à fortiori quando à parte adversa movetur, cum utroq; casu eadem sit ratio. Et ideo hoc casu, licet pars illud omittat, debet à Iudice suppleri ex reg. tit. C. ut quæ desunt advocat. ex quibus in foro civili reg. d. c. 1. de rest. spol. non observatur. Valasc. ubi supra n. 11.

3 Verum his non obstantibus con-

trarium dicebam, quia spoliatus, qui ab spoliante opponitur exceptio dominij, nec expresse, nec etiam tacite consentire debet, sed omnino contradicere, cap. 1. de rest. spol. & fuit Alex. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poss. num. 31. Ripa ibi num. 72. Zazius 64. Menoch. d. remed. 1. num. 167. Surdus conf. 166. num. 10. Et licet Valasc. d. conf. 119. num. 10. sentiat in d. cap. 1. agi de expresso consensu, non de tacito, quod suadetur, quia inquit textus, quod quando Diaconus constituit se probaturum dominium, spoliatus consensit; quæ verba necessario intelligenda sunt de consensu expresso, ut qualitas consensus juncta verbo constituit intelligatur juxta tempus verbi, l. in delictis §. si detracta ff. de noxalibus: alias enim si consensus esset tacitus, non diceretur intervenisse, quando Diaconus constituit se probaturum, sed postea quando spoliatus acquievit, & respondit, quia tunc tacite consensisse videbatur. Tamen licet illum textum intelligamus de expresso consensu, non repugnat, ut intelligatur de tacito illo tempore, quo Diaconus proposuit dominium, dum tacerendo spoliatus approbavit, & non replicavit: qui consensus tacenti præjudicat, Barbos. in l. quæ dotis ff. de sol. matrim. n. 62. facit l. cū ostendimus ibi: Si præsentes fuerunt, & non contradixerunt ff. de fidejuss. tacitus namque consensus illius, qui potest prohibere, habetur pro expresso l. 2. §. voluntate ff. solut. matrim. l. sæpe vers. cur autem ff. de re judic. junct. gloss. in l. Caius ff. de pignor. action. ex reg. l. Seius ff. si cert. petat. Adeo ut si non obstante protestatione judex procedat in causa, debeat spoliatus appellare, ne sibi præjudicet. Menoch. ubi supra n. 167. Valasc. conf. 119. num. 11. Non tamen ex hoc inferas, quod articuli super proprietate tanquam impertinentes ad causam repellendi sunt, ut videtur sentire Afflct. decis. 193. per totam; quia ex sententia Bald. in l. unica C. si de momēt. possent. debent admitti ad coadjuvandum causam pos-

sessionis, seu defensionis Rei. Angel. in l. si quis ad se C. ad leg. Iul. prosequitur Afflct. decis. 7. Ut autem causa possessionis, & proprietatis simul decidi valeat, potest à Principe impetrari, de quo Cabed. decis. 61. num. 2. Et Proregem hoc concedere non posse testatur Barbosa in l. si de vi ff. de judic. n. 170.

4. Et hac opinione retenta non obstant fundamenta in contrarium adducta: & primo non obstat, quod in odium spoliatoris leges rejiciunt exceptionem dominij, cui juri tanquam publico partes renuntiare non possunt. Quia respondeatur, quod omissa opinione illorum, qui restitutionem dicunt in odium spoliatorum absolutè, vel mixtam, partim in eorum odium, partim in favorem, de quibus late Menoch. d. 1. remed. à n. 15. probabilius est restitutionem ex remedio unde vi respicere favorem spoliati, d. l. 1. in princip. ibi: *Dejecto subveniri, & ideo sine strepitu restituitur*: gloss. verbo Seius in l. minor ff. de evictio. & ita cessat regul. d. l. jus publicum, & similitudo exceptionis Macedoniani, quæ in odium fuit introducta, l. 1. in princip. ff. ad Macedon. l. qui exceptionem 11. ff. de condic. indeb. Unde dum meminit d. l. 1. atrocitatis spolij, non dicit dari propter atrocitatē, vel in odium spoliantis, sed quod includit in se, & supponit atrocitatem facinoris, id est violentiam, & sic pænalis non est, nec odium continet lex, quæ furtum, aut rapinam restitui jubet, l. si pro fure ff. condic. furtiva, Ordin. lib. 3. tit. 18. §. 14. Unde duobus modis potest remitti spolium, vel à parte ante, & dum est in fieri, vel à parte post, & in facto esse. Primo casu nullo modo remitti potest, quia erit contra bonos mores, dum delictum futurum remittitur, & delinquendi anla tribuitur contra l. convenire ff. de pact. dotalib. Pinel. d. cap. 2. n. 2. Sarmiento lib. 1. selectarum cap. 11. n. 4. Gutierr. practicar. lib. 2. quæst. 140. & de juram. confirmator. 1. part. cap. 26. à num. 2. Molin. de justitia disput. 349. vers. in Lusitania, Rebello de obligat.

gat. justitiae part. 2. lib. 9. quæst. 3. sect. 2. num. 9. Marta de clausulis 1. part. conclus. 130. num. 23. Valasc. de partition. cap. 40. num. 11. Secundo vero casu vallet spolij actio remitti, quæ in partis utilitatem concessa est, quia privilegium spoliati in eo consistit, ne cogatur invitatus suo spoliatori respondere ante restitutionem cap. 2. & ult. de ordin. cognit. plane ubi sciens patitur quæstionem, vel exceptionem dominij, nec contradicit, jam non cogitur invitatus, sed volens: Igitur sibi præjudicat, ne ante omnia restituatur.

5 Ad secundum autem respondeatur, pænam illius legis cessare, si pars illi renuntiet, vel illam petere nolit, juxta vulgaria principia, quibus docemur favori suo quemlibet renuntiare posse l. pen. C. de paet.

Ad tertium tandem respondeatur cū Aretino, quem sequitur Gomez l. 45. Taur. num. 183. & Menoch. num. 163. quod non dubitamus posse spoliatum petitorum suspendere, si velit, sed ne videatur nolle, oportet, ut non consentiat tacite objectæ quæstioni dominij, imò declareret se velle suo privilegio uti, cap. ultim. de ordin. cognit. ibi: *Audiendus non est: juncto vers. sequenti. Nec obstat, si quis replicet, quod exceptio spolij in quacunque litis parte opponi potest, cap. ex conquæstione, ibi: Post litis ingressam: ubi Abb. de rest. spol. Clem. 1. in 2. part. de causa possit.*

Quia respondeatur, quod exemptio spolij duobus modis potest deduci, vel in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ. Primo casu est, quando quis vocatus ad judicium excipit de spolio; tunc enim habet vim dilatoriæ, & ante omnia

opponi debet, Ordin. lib. 3. tit. 29. §. 9. Secus autem si per modum actionis proponatur, tunc enim in quacunque parte litis de spolio agi potest, & suspenditur petitorum, ut per Claudium in §. nihil commune num. 170. in fin. ubi Cuman. & est communis, præsertim Canonistarum, ex multis citatis per Covarr. 1. resolut. cap. 16. num. 3. per Menoch. remed. 15. recuper. num. 382. Menchaca illustrum cap. 88. n. 27. Padilla num. 36. in 1. error C. de juris, & facti, pro qua opinione est text. in d. Clem. 1. in 2. part. de caus. possit. quia usque ad conclusionem potest spoliatus petitorum suspendere, l. cum fundum 18. ubi gloss. ult. in fine recepta ff. de vi, cap. pastoralis de caus. possit. dict. cap. significaverunt de testib. eleganter Burfatus conf. 129. num. 33. Dicitur autem in vim dilatoriæ spolium moveri, quando solum inteditur impediri cursus causæ; in vim autem peremptoriæ, & per modum actionis, quando restitutionem spoliatus postulat, ut in cap. ex conquæstione actum fuit, & hoc modo procedunt, quæ Valasc. conf. 156. num. 32. Unde fit, quod licet spoliatus secundo modo in quacunque litis parte oppondere possit per supradicta, quandiu non patiatur de quæstione dominij tractari, tamen si post talem propositionem patiatur de jure proprietatis disceptari, jam videtur pacisci de non agendo illa via privilegiata: & succedit reg. l. quod in hæredem §. eligere ff. de tributor. cum vulgaribus: Ex quibus secura videtur doctissimi Valasci opinio d. n. 17. & contra eam judicavimus, confirmata sententia: Scriba Freitas.

SUMMARIA.



X pecunia mutuo data potest exigi iuris, & quando. In mutuo potest pacisci mutuans de re-

cipienda justa compensatione. ibi. Potentia proxima in pecunia negotiationi exposita est quid distinctum à pecunia communi. ibi. Licitum est pacisci de justo lucra

DECISIO LXXXIV.

boni viri arbitrio aestimando. ibi.
Piscator cessationem à jactu retis
justè vendit. ibi.
Mercator potest pacisci de lucro
quarendo. ibi.
A principio non licet pacisci de lu-
cro certo. ibi.
Fallit, si à principio appareat, qua-
le illud sit, vel esse possit. ibi.
Interesse conventum ad primas nū-
dinas an prorogetur in sequentes.
In sequentibus nundinis primum
interesse solum debetur, non vero
interesse interessis. ibi.

DECISIO LXXXIV.

*De mutuo dato sub ratione interessis ad nundinas, & an in eo reperiatur
usura? Ad Ordin. lib. 4. tit. 67.*



Um. Ioannes Rodriguez Coutinho contrahisset cum Rege nostro Invictissimo, cum ipse Gubernator Regni Angolæ crearetur, cum facultate Regia magnam pecuniam quantitatem à manu Georgij Rodriguez Solis accepit in Regno Castellæ, ubi eo tempore uterque commorabatur, apud Regis nostri Curiam destinata solutione ad nundinas, ratione quarum maxima pecuniam, & interessis quantitas proponebatur exoluta: post ejus mortem ei successit Gondiculus Vaz Coutinho ejus frater, qui contra dictum Georgium insurgebat, solutam nomine interessis pecuniam repetens quasi usurariam, & injuste exactam contra motus proprij prohibitio nem. Primo dubitabatur, si in pecunia sic ad nundinas accepta, ut daretur mutuo, considerari poterat usura? Secundo, An hoc cambium esset siccum, & usurarium.

Explicatio motus proprij Pij V.
ibi.
Usura vicem habet fructus. ibi.
Fructus non parit alios fructus.
ibi.
Si de nundinis fit mentio simulatè realiter cambium est siccum, & reprobatum. ibi.
Ex pecunia data sub certo interes-
se, A razão de juro, non contra-
bitur usura reprobata.
Generali consuetudine comproba-
tur hæc usura.

I. Et quoad primum placuit, quod potest mercator exigere interesse pecuniae mutuatæ, quam sub cambio accepit, ut eam daret indigenti, ita ut eam accipiens mutuam teneatur licitum interesse exolvere. Cujus rei illa est ra-
tio, quia licet ratione mutui nihil sine usuræ labe recipi possit, cap. 1. 14. quæst. 3. ibi: *Plus quam dedisti, expectes:* cap. putant, cap. plerique, cap. usura eod. cap. 1. de usur. in 6. cap. si quis usu-
ram, cap. quod dicam 14. quæst. 1. Tho-
mas 2. 2. quæst. 78. art. 1. & omnes Do-
ctores Theologi, Caietan. ibid. Lauren-
tius de usur. quæst. 15. Soto de just. lib.
6. quæst. 1. art. 2. Navarr. in Manual.
cap. 17. num. 220. Covarr. 2. resolut. cap.
2. num. 4. & in cap. 1. num. 5. vers. tertio.
Tamen mutuum dum contrahitur, be-
ne potest mutuans pacisci de recipien-
do justa compensatione damni emer-
gentis, vel lucri cessantis, etiam ante-
moram debitoris exigendi, ut per Ho-
stiens. in cap. salubriter de usur. alijs
quos citat Covarr. 3. resolut. cap. 4.
num.

num. 5. Ubi dicit communem, quam probat Navarr. cap. 1. 14. quæst. 3. num. 47. & in Manual. d. cap. 17. num. 211. Sylv. verb. usura 1. quæstion. 19. estque communis Theologorum, præsertim Macoris in 4. distinct. 15. quæst. 30. Scotti quæstion. 2. Gabr. ibid. quæst. 11. art. 1. notabil. 2. Almain. quæst. 2. Ioann. Medin. de usuris quæst. 2. causa 2. Conrad. de contrahib. quæst. 30. Molin. tom. 2. de just. disp. 315. §. contraria tamen, Cardin. Tolet. lib. 5. Cuman. cap. 33. num. 1. Lessius lib. 2. cap. 20. num. 80. Rebell. de obligatione justit. lib. 8. quæst. 5. num. 4. & Azor. tom. 3. lib. 5. cap. 5. part. 1. Ratio est: quia licet potentia communis, & remota, quam omnis pecunia habet ad lucrum ex negotiatione, non sit aliquid distinctum ab ipsa pecunia, nec ejus valorem augeat; nihilominus potentia proxima, & particularis, prout pecunia negotiationi, & lucro verosimili destinata habet quid distinctum à pecunia communi, & considerata, ut sic est, plus valet, concludit Cajetan. 2. 2. quæst. 28. art. 2. ad 1. Igitur licebit mutuanti utrumque in pactum deducere, Conradus de contrahib. quæst. 30. conclus. 4. Navarr. ubi supra ex num. 50. cæterique Doctores citati, licet Innocent. in cap. ult. de usur. Sotus, Ioann. Andr. Calderin. Ancharr. Butrius, Aymon, & alij relati à Covar. & ab Azore ubi supra repugnant, quia sicut licet pacisci de damno vitando, licet & pacisci de justo lucro, & boni viri arbitrio vendere cessationem ab illo, quantumcunque quis sponte mutuaverit, dummodo lucrum non æstimetur, ut jam habitum, sed ut habendum, & speratum, & cum his circūstantijs, l. nec emptio 8. ff. de contrah. emption. l. si jaectū ff. de action. empti. Sicut alias pescator cessationem à jaectu retis, & operarius cessationem ab ope re, & artificio justè vendit, l. cum duobus 52. §. qui in coeunda, ibi: *Premium enim operæ artis est velamentum: nam qui alij commodat instrumenta suæ artis, juste paciscitur de justo lucro amissio ex*

cessatione. Ex quibus elicetur mercatorem, sicut potest mutuando propriam pecuniam negotiationi destinatam pacisci de lucro quærendo, à fortiori posse, dum eam sub usuris accipit, ut mutuet de damno vitando pacisci; quia suæ artis instrumenta commodat. Nec potest dici, quod dum voluntarie mutuavit, videtur recessisse à tali lucro sua sponte, & cum nulla scienti fiat injuria, reg. scienti lib. 6. non est cur damnū pertendat resarcire, in quod sponte incidit. Quia satisfit, quod non simpliciter consentit, quia statim à principio protestatur de lucro, vel damno, & de eo paciscitur: nec est admittenda differentia inter pactum super damno vitando, vel lucro captando, ut nervosè intendit Soto ubi supra, quia utroquè casu par est ratio, Navarr. ubi supra n. 56. Quod si quis replicet, posse hoc modo viam fraudibus aperiri, quia mercatores poterunt simulando pecuniam esse negotiationi expositam, & sub ratione lucri cessantis usuras exigere. Huic difficultati occurrit Conradus d. quæst. 30. conclus. 4. vers. contra quartam. Unde licet regulariter in principio non liceat super interesse mutui pacisci, etiam quando illud juste exigeretur, ex Ioann. Andr. in cap. salubriter de usur. Gama decis. 110. num. 18. Rebuff. in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo gloss. ult. num. 35. quia adhuc non apparet, quale tale interesse esse debeat, quia pendet à futuris causis, & incertis, quæ impediunt, ne certum interesse in pactum ducatur. Tamen si à principio appareat, quale illud sit, vel esse possit, nil impedit, quod super illo pacisci liceat arbitrio boni viri, attento dubio eventu, itmò & poterunt partes æstimato inter se dubio eventu in modum transactionis convenire, argum. l. 1. ff. de transaction. & licet postea contigerit, minus fuisse interesse, non tenetur paciscens aliquid diminuere, vel addere, si maius sequatur: sic Navarr. in d. cap. 1. num. 57. vers. la segunda, post Medinam quæ refert Mercado cap. 10.

DECISIO LXXXIV:

vers. destos, ex quibus declaratur gloss. ult. in cap. dilecti 17. de foro cōpet. & quæ tradit Burgos conf. 49. à n. 7. & 12.

2 Ex quibus in præsenti placuit arbitrio boni viri hoc interesse peti potuisse. In secunda quæstione dubitabatur, An hoc interesse conventum ad primas nundinas, esset prorogandum ad sequentes, & cum augmentatione ejusdem interestis in primis nundinis debito, quasi illud interesse efficeret sortem principalem? Et placuit viso motu proprio Pij Quinti, quem adducit Navarr. cap. 17. quod interesse promissum non poterat ad alias nundinas præter primas extendi, explicat Molin. disput. 404. vers. non tamen, ut in sequentibus nullum interesse debeatur, sed quod in sequentibus primum interesse continuetur primæ sortis, ut nulla habeatur ratio interestis usurarum; quia hoc videtur colligi ex verbis dicti motus proprij, explicat Navarr. ubi supra ibi: Nullo maiori lucro: cum ergo non sit maius, sed idem, non impedit continuari posse in nundinis futuris, si realiter illæ dabantur. Quæ interpretatio juri consonat, secundum quod nullæ usurarum sunt usuræ, nec in stipulationem deduci possunt, l. si non sortem §. 1. ff. de usur. Absurdum namque est eandem rem, & sortem esse, & usuram; nam quatenus pro sorte pecuniæ præstantur, sunt usuræ, quatenus autem pro ijs præstat, usuræ sunt sors, argum. l. si plures ff. de paſt. l. pen. ff. de recept. arbitr. l. ille à quo §. penult. ad Trebell. & quod de personis ibi dicitur, idem de rebus dicendum est, ne una, res, seu persona diversas figuræ induat. Deinde usura vicem habet fructus, l. usuræ ff.

de usur. fructus autem fructum non parit, eleganter Donel. in l. fin. C. de usur. num. 1. Cujat. ad l. 9. ff. de usur. in §. usurarum tom. 4. fol. mihi 1160. Unde si verè nundinæ non erant, sed similate de illis siebat mentio, nullæ usuræ deberentur; super quo diligentiam fieri placuit, quia si realiter nundinæ non dabantur, cambium erat siccum, & simulatum, ut late Molin. d. disput. 404. Azor. institut. moral. lib. 10. 3. part. cap. 8. vers. secunda conditio, Sapia de usur. conclus. 3. §. 2. num. 23. Farin. dec. 775. num. 11. in fine, Burlatus conf. 393. n. 28. lib. 4. Rota Genuæ decis. 37. num. 11. Morla in empor. tit. 8. in princip. num. 42. Nicolaus de scriptura privata lib. 3. de liter. camb. num. 14. Et hoc modo sententiam confirmari, & revocari placuit.

3 Illud non omissam sæpe in Señatu decisum, quod non commutatur usura, quando pecunia datur sub certo interesse, vulgo, *A razão de juro*, etiam inter personas, quæ mercaturam non exercent, ex his, quæ Molin. de justit. disput. 418. Surdus decis. 2 59. num. 16. judicatum dicit doctissimus Emmanuel Mendez de Castro in sua praxi lib. 3. cap. 22. num. 29. Et generali consuetudine, & approbatione receptum, & judicatum sæpius extitit hūc contractum esse licitum cum illa moderatione, *De seis, & hum quarto*: sic enim videmus Religiosos viros eam ab omnibus recipere, quorum satis probata opinio, & sanctimonia consuetudinem commendat. Sic fuit judicatum in processu Ioannis Rodriguez cum hæredibus Antonij Correa: Scriba Stephano de Vianna. Et in altera Alphonsi Bembi.

SUM

SUMMARIA.

- I** Idejussor ante principalem non convenit. Fallit, nisi se constitutat fidejussore principalem. *ibi.*
Quando pater dotat ultra legitimam filij, & tertiam, potest dubitari, an fidejussio valeat. ibi.
Fidejussor non obligatur in duriorrem causam, quam principalis. ibi.
- 2** Expromissor est, qui pro non obligato se obligat.

- 3** Expromissor alienæ obligationis inefficacis efficaciter obligatur.
4 Divisio inter debitores inducta nō est ex sola petitione, nisi accedat solutio.
5 Quando partem ab omnibus petit, inducitur divisio, alias secus. Amplia etiam, quando nulla partis fit mentio. *ibi.*
Confunditur hæc Alexandri sententia.
In hoc Regno nunquam inducitur divisio, nisi exprimatur.

DECISIO LXXXV.

An fidejussor datus pro securitate dotis promissæ, quando excedat legitimam, & tertiam defuncti, possit pro illo excessu conveniri, ut ex suo solvat?
Ad Ordin. lib. 4. tit. 39. §. 2.

Cum dominus Francis-cus Lobo matrimonium contraxisset amplissima dote promissa, ejus fidejussor extitit Didacus Nunez Caldeira, se principalem constituens debitorem, & in fine obligationis addidit, quod casu, quo ex legitimis, & tertia Didaci Duarte saceri, ejusque uxoris defunctæ implementum dotis dari non potuisset, quod eo casu ipse tanquam principalis de suis proprijs bonis se solutum pollicebatur.

I Cumque à Didaco Nunez tota dos peteretur, in sui defensionem aducebat verba illa ultimæ clausulæ, asserens se non teneri, nisi ad illud tantum, quod excedebat legitimam, & tertias, quasi fidejussor datus fuerit tantum ad excessum, non vero ad valorem legitimæ, & dictæ tertiaræ: sicque aliqui-

bus Senatoribus placuit. Ego dixi contrarium, constituens Reum fidejussorem indemnatis, ut illi doctissimi Senatores asserebant, nec habere hoc casu locum Auth. præsente C. de fidejussor. cum alijs traditis per decis. Pedam. 166. num. 1. Borrell. conf. 47. num. 2. Gutierr. de juram. 1. part. cap. 23. num. 1. Ubi explicat fidejussorem ante principalem non conveniendum, quia in nostro casu ipse se principalemi constituit debitorem, quo casu limitatur regula d. Auth. præsente, Schidivimus in §. plures Instit. de fidejuss. num. 3. fol. 523. Fachineus lib. 3. controv. cap. 15. Ordin. Regia lib. 4. tit. 59. §. 3. Boer. decis. 221. num. 13. Barbos. in l. si constante num. 115. ad fin. ff. solut. matrim. Et advertebam, quod dicta clausula fuit apposita in augmentum præcedentis obligationis in casu magis arduo, scilicet quando facta collatione cum

reliquis cohæredibus, ut inter eos servaretur æqualitas, l. ut liberis C. de collatione. **Quo** casu filius dotatus reliquis fratribus confert ea, quæ ultra legitimas, & tertias defunctorum accepit. Ordin. lib. 4. tit. 91. §. 3. Et poterat dubitari, An pro illo excessu valeret fidejussoria obligatio; quia pater non poterat promittere dotem, quæ excederet legitimam, & tertiam, ut ex ea repleri posset, & cum respectu patris esset inefficax obligatio: nec fidejussio valida esse poterat, ne in duriorem causam, quam principalis, obligaretur fidejussor contra regulā l. [Græce §. illud ff. de fidejussor. Dueñas reg. 333. decis. Perus. 57. n. 1. Cujatius ad l. si testamento 49. §. ult. ff. de fidejuss. in lib. 28. quæst. Papiniani 4. tom. fol. 614. Surdus conf. 20. num. 10. Adeo ut in nihilum teneatur fidejussor in duriorem causam datus, ex eodē Cujatio in lib. 11. respons. Papin. in l. pecuniæ ff. de usur. lit. D. & E. reprehendēs Alciatum, qui existimat solum non teneri in excessu, quasi utilis obligatio non vitietur per inutilem. Atque ideo cum illa clausula posita fuerit ad augmentum, non debet operari contrarium effectum, ut priori obligationi, quæ præcedebat, aliquid detraheretur.

2 Unde oportuit, ut fidejussor eo casu excedens fidejussionis terminos, se faceret dotis datæ expromissorem, ut pro non obligato obligaretur ex sua persona, l. & eleganter §. servus pactionis ff. de dolo, l. qui libertinus in fine ff. de oper. libert. Donelus ad Rubr. C. de fidejuss. num. 5. Alciat. de verbor. signific. verbo expromissor: quia prior obligatio respectu dotantis erat inefficax, cum in partitionibus, & collationibus posset diminui. Ordin. d. tit. 97. §. 3. Vandal. de partition. cap. 13. à n. 21. & cap. 15. n. 85.

3 Et ideo expromissoris obligatio eum efficaciter obligavit, quia debitum alienum fecit proprium, ut ponderat Flores lib. 1. quæst. 11. num. 8. & prout omisso principali pulsari, Barbos. in l. si constante n. 116. ff. solut. matrim.

4 Nec obstat, quod à parte contraria allegabatur, Actorem jam partem debiti à principali debitore recepisse, quo fuit inter eos inducta divisio, l. reos ff. de duobus reis, l. si ex toto ff. de leg. l. l. 2. ff. de duobus reis, ibi: *Ideoque petitione, & acceptilatione unius tota solvitur obligatio*: quia verius est solam petitionem non sufficere, sed requiri insimul solutionem, ut deducitur ex illo textu, verbo & acceptilatione, l. creditor 60. ff. mand. §. ex hujusmodi Instit. de duob. reis, Paulus conf. 393. in fine lib. 1. quia acceptilatio in illo textu presupponit solutionem §. item per acceptilationem Instit. quibus mod. solvitur obligatio. Et ita est communis cum Bart. in l. ex duobus ff. de duob. reis.

5 Nec obstat, quod recipienda partem ab uno ex pluribus in solidum obligatis inducta videtur divisio, l. liberum 16. C. de fidejuss. l. si creditores C. de pact. Tiraq. de jur. prim. quæst. 67 num. 1. in fine, Duarenus in l. si ex toto ff. de legat. 1. Quia illud procedit, quando ab omnibus simul partem petiunt, patet ex d. lege liberum, ibi: *Adversus omnes fidejussores contestetur, &c.* Bart. in l. ex duobus num. 12. ff. de duob. reis, Boer. decis. 330. quod ampliat Alex. in l. si pluribus ff. de leg. num. 6. etiam si conveniantur nulla partis facta mentione, communis ex Ripa ibi num. 17. Afflct. decis. 142. licet aliter distinguat Covarr. variar. cap. 7. n. 7.

6 Quæ tamen Alexandri ampliatio confunditur ex d. l. si pluribus, & ex l. si inter 32. §. 1. ff. de fidejussor. Et attenta natura obligationis, qua singuli in solidum tenentur, qui ut tales videntur conveniri in dubio, quando aliud non exprimitur, ita tenuit Conanus lib. 5. cap. 4. ex n. 3. *Quod apertius procedit in hoc Regno* attenta Ordin. lib. 4. tit. 59. §. 3. *qua duo fidejussores velut duo rei debendi in solidum tenentur excluso divisionis beneficio*, de quo in Auth. præfente C. de fidejuss. & in Auth. hoc ita C. de duob. reis. Cum ergo apud nos non detur divisio, non est probabile acto.

aetrem voluisse dividere: nec tale sensisse praesumi debet, quando specialiter non expressit. Unde nil mirum si in praesenti etiam habita parte debiti ab uno

posset actor reliquum ab altero consequi. Sic placuit Senatui, confirmata Iudicis sententia: Scriba Chaves.

SUMMARIA.



Ebita non fiunt communia inter contrahentes.

2 *Bona illius, qui tenetur creditoribus, nihilominus sic affecta communicauntur.*

Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. interpretata. ibi.

Si utilitas debiti contracti ante matrimonium incidit in tempus matrimonij, tunc uxor tenetur. ibi.

3 *Qui debitor est, bona communicat, revocabiliter tamen.*

Absurda sequerentur ex contraria interpretatione. ibi.

Communicatio est alienatio. ibi.

Varij casus circa debita antea contracta enumerantur.

5 *Sua debita maritus solvit ex fru-*

ctibus perceptis.

Interpretata Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. ibi.

Lucra non dicuntur, nisi quæ soluto matrimonio supersunt. ibi.

6 *Ex dote uxoris maritus non solvit, etiam quando dos communicatur.*

7 *In dubio presumitur maritum ex acquisitis solvisse.*

Quid quando maritus non habebat, unde solveret. ibi.

Quid quando solvit de bonis uxoris. ibi.

Quid quando soluto matrimonio debita petuntur. ibi.

Debita communia quomodo solvantur ex bonis conjugis debitoris, & acquisitis pro sua parte. ibi.

6 *Quid dicendum, quando per dotem, & arrhas contraxerunt.*

DECISIO LXXXVI.

Debita contracta ante matrimonium quomodo secuto matrimonio solvi debeant ex bonis debitoris, vel communibus? Ad Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4.



Um quidam P. filium ex primo matrimonio suscepisset, illi promisit 50. mille nummos ex causa dotis, ut matrimonium contraheret, factaque donatione ad secundas convolavit nuptias, & Mariam Ribeira uxorem duxit, & constante inter eos matrimonio dictos 50. mille nummos

promissos exolvit: & post aliquod temporis spatium diem clausit extremum. Uxor cum de dividendis bonis ageretur, petebat, ut sibi liceret ex communi acervo alios 50. mille nummos deducere, ut inter eos æqualitas observaretur, ut quod licuit marito, pariter & uxori liceret, cum utriusque par deberet esse conditio. Acentius Dias (sic enim dicebatur filius) instabat, hoc nullo modo

modo fieri posse, quia debitum illud fuerat à parte contractum ante matrimonium.

I Quo casu necessario erat solvendum ex bonis parentis, & tanto minus suisse communicatum, quia debita non fiunt communia inter contrahentes; quia cum communio ad bona ipsorum ordinetur, bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, l. subsignatum §. bona ff. de verbis signific. l. mulier bona §. sed non plus ff. de jur. dot. comprobatur Gama decis. 177. ubi dicit judicatum non dari communicationem, Cabed. decis. 131. num. 7. licet num. 4. aliter videatur sentire Valasc. conf. 103. num. 35. idem Gama decis. 167. & decis. 367. Valasc. de partit. cap. 23. à n. 21.

2 Quia tamen verius esse puto, ut omnia bona illius, qui creditoribus tenetur, communicentur contracto matrimonio, sequentia noto. Quod debita, quæ matrimonium præcedunt contractum secundum legem Regni, quo omnia fiunt communia, sequuntur personam debitoris, & ex bonis ipsius solvi debent l. 1. §. si cohæredem ff. ad l. Falcid. Ayora de partit. cap. 7. à num. 1. & 2. Flores ad Gamam decis. 177. Valasc. d. cap. 23. num. 11. Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. nisi illius debiti ante matrimonium contracti utilitas incidat in tempus constantis matrimonij, quia tunc licet ratione initij debitum esset solius mariti, qui illud contraxit, vel è converso, ratione tamen finis, & consummationis, quia utilitas, seu emolumenū debiti in tempus matrimonij defluxit, illud debitum efficietur commune, quasi ab utroque conjugi conflatum, ut eleganter Valasc. d. conf. 103. n. 35. agens de eo, qui fructus conduxerat, quos postea contrahens cum familia consumpsit.

3 Tamen qui contraxit, licet debat, sua bona communicat cum uxore non absolute, & irrevocabiliter, sed sub illa conditione resolutiva, nisi creditores instent, & bona auferant: aliter namque sequeretur magnum absurdum,

quod si illa pars bonorum, quæ respondet debitum, non communicaretur, nec fructus ex illa fierent communes, quādiu à creditoribus non exigitur, quasi percepti à re non communi, qui nullo modo ad societatem spectare possunt, nisi sub umbra communicationis præcedentis. Quod quidem admittere, est cæcutire, quia aliud est bona non communicari, & aliud non communicari debita: quare licet debita non fiant cōmunia, quia unusquisque pro suo tenuit, tamen illud vinculum personale non inducit onus reale, nec rem efficit inalienabilem, nec si daretur, impediri posset propriæ rei alienatio, l. si obligata prædia C. de evictio. Valasc. de jure emphyt. quæst. 32. num. 14. Molin. Theolog. disput. 383. vers. constat, Ordin. lib. 4. tit. 3. valet enim etiam rei alienæ distractio l. rem alienam ff. de contrah. empt. ipsaque communicatio nihil aliud est, quam quædam alienatio, l. 2. ff. pro socio, Gama decis. 320. num. 2. Ordin. lib. 4. tit. 105. prosequitur Tiraq. de constit. ampliat. 32. num. 6. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 33. quando vitium litigiosi, vel aliud simile non obstet. Ordin. lib. 4. tit. 10.

4 Quibus suppositis, quando maritus contrahit secundum legem Regni, circa debitorum antecedentium matrimonium solutionem sequentes casus observari possunt. Primus, quando debita maritus solvit ex bonis, quæ in communicationem adduxit. Secundus, quando bona, quæ adduxit, non sufficiunt, quia debita bona absorbuerunt, an possit solvere ex fructibus bonorum uxoris? Tertius, quando non habens bona solvere valeat ex bonis uxoris. Quartus, quando solvit, & non constat ex quibus bonis. Quintus, quando durante matrimonio non solvit, & eo soluto ab uxore debita exiguntur. Primo casu illa communicatio à principio inducta resolvitur, & reducitur ad non causam, quia tandem durabit cōmunitas respectu illius partis, quādiu à creditoribus ablata non est, quia nullibi legi-

tu r communicationem non fieri , nisi ex bonis liberis, & vere , & effectu proprijs ; quia etiam onerata cum suo onere communicantur, & qui debet , alienat, nisi faciat in fraudem, per tot. tit. ff. quæ in fraud. creditor.

5 Secundo casu non est dubium, posse sua debita solvere ex fructibus perceptis ex bonis uxoris ; fructus enim maritus capit pro matrimonij oneribus, l. pro oneribus C. de rei uxor. l. dotis fructus ff. de jur. dot. Cujat. in l. unica C. illo tit. de rei uxor. Molin. disput. 275. Cabed. decis. 106. Ordin. lib. 4. tit. 64. & tit. 60. ibi : *Movels* Valasc. d. cons. 103. in fin. Maxime in alienatione necessaria, qualis illa est, quæ sit pro executione rei judicatæ, Ordin. lib. 4. tit. 38. in princip. ibi: *Mas tambem na necessaria, que se faz por autoridade de Justica* : & lib. 3. tit. 93. §. fin. & lib. 1. §. 26. tit. 83. Nec aliud evincit d. Ordin. lib. 4. tit. 95. §. 4. quia solum agit de dote, ne capiatur pro debitibus mariti , non vero de fructibus ipsius , ibi: *Nos bēs, que trouxer, &c.* Quæ verba ad solam dotem diriguntur , non ad ipsius fructus : quod tamen secus erit in uxore debitrice, quia si non habeat bona, unde sua debita solvat, non poterit ex fructibus bonorum mariti quasi sibi cōmunicatis, vel ex his , qui superfuerunt quasi ex acquisitis , & communicatis solvere; quia fructus ad uxorem non spectant , nec si supersint in fine anni , possunt vocari acquisita , ut dividantur durante matrimonio , ut ex sua parte uxor suis creditoribus satisfaciat ; quia societas quādū durat, non potest fieri divisio, nec lucra dicuntur , nisi illa dissoluta morte alterius , quia hæc est perpetua , & aliter non solvit , quam divortio , & morte : & interim dum durat, nulla fit separatio , seu divisio lucrorum , nec agitur pro socio ad dividenda lucra. Soares tit. de las ganancias num. 58. Ioann. Lup. in tract. de lucro dotis l. 14. n. 20. Nec aliud probat illa Ordin. in fine, ibi: *E na sua ametade dos bēs, que despois de casados forão acquiridos* : supponēs posse

in vita fieri divisionem , ut ex acquisitis solvatur creditoribus ; quia illa Ordin. si attente legatur, agit de uxore, quæ cōvenitur jam soluto matrimonio , patet ex tit. in quo posita est: *Como a molher fia em posse, & cabeçā de casal* : & ideo dicit, quod ex acquisitis solvatur , supponens, quod matrimonio soluto uxor ex acquisitis illo tempore dividendis solvat, qui videtur verus sensus illius legis ; alias enim magnum sequeretur absurdū, quod uxore solvente ex acquisitis constante matrimonio, (quando scilicet bona non adduxit) maritus posset tantundem à communione auferre, ut æqualitas observaretur: hoc tamen quod auferret, iterum à lege cōmunicatur cum uxore ex generalis societatis lege , quæ aliud non patitur : Manere ergo inæqualis contractus, & cum maximo viri dispensio, etsi non cōmunicatur , quæ deducit , datur inconveniens, ut aliqua sint bona, quæ non cōmunicentur inter eos, cum tamen sint socij universales.

6 In tertio casu non solvit maritus ex dote uxoris per legem Regiam cōmunicata inter eos , nisi specialis ipsius accedit consensus, argum. Ordin. lib. 4. tit. 48. §. 3. & lib. 4. tit. 97. §. fin. ibi: *Se ella expressamente não ontorgou* : Valasc. de partit. cap. 26. n. 18. alias enim maritus nō potest immobilia uxoris alienare, Gamma decis. 346. n. 4. Valasc. cons. 69. n. 14. Barbos. in l. 1. part. 5. ff. solut. matrim. n. 46. & in l. divortio §. fin. 1. part. n. 68.

7 In quarto casu in dubio præsumitur solutionē factam fuisse ex acquisitis, eleganter Valasc. cōs. 103. n. 36. In quinto casu, quando soluto jam matrimonio creditores uxorem interpellant, vel hæredes ipsius mariti pro debitibus antea cōtractis, superiores casus iterum repetēdi sunt. Primus, quādo bona suppetūt mariti, tunc ex dictis bonis solvit , & resolvitur cōmunicatio, acsi à principio nulla daretur, creditoribusque satisfit ex bonis ipsius, quæ si non sufficiunt ad acquisita, fit transitus, ut ex ipsis etiā satisfit, & ad hoc alludit Ordin. d. §. 4. in fin. ibi: *E na metade dos bēs, &c.* Secundus sit

DECISIO LXXXI.

casus, quando bona non habet maritus, sed solum agitur de solvendo ex communicatis, & acquisitis, tunc in partem mariti debita ipsius imputantur, uxori que tantundem dedit, argum. Ordin. lib. 4. tit. 64. Valasc. conf. 103. num. 33. Licet ipse Valasc. de partit. cap. 23. n. 21. videatur ad hæc non respexisse, dum simpliciter de omni acervo debita deducenda docet. Tertio casu, si in vita de bonis uxoris solvit, eadem fit imputatio, ut de bonis communicatis illa pars pro soluta habeatur, & tradita, & etiam fructuum non perceptorum habenda est ratio, quia & jam in his fraudavit communicationem. Quartus casus esse potest, quando matrimonio soluto morte viri debita antea contracta petuntur, vel hæreditate adhuc jacente ante divisionem, vel post: primo casu adhuc censetur durare communio inter conjuges, quia hæreditas defunctum representat, Cabed. decis. 131. num. 5. & ideo de bonis mariti fiet solutio, si non suppetant ex lucratis, & ad hoc fiet divisio: si autem post factam jam divisionem actum sit, nullam competere actionem sentit Cabed. dict. decis. 131. quia Ordin. Regia d. §. 4. non permittit executionem fieri pro debitis antea contractis, nisi durante adhuc matrimonio actum sit, ibi: *Sómente se poderá fazer execução em quanto o matrimonio durar,* &c. Ridiculum tamen mihi videtur hoc ita asserere, quia etiam si facta sit divisio hæreditatis, debita active, & passiva eipso jure inter hæredes dividuntur, l. ea quæ C. fam. hercisc. Atque illico creditor mariti contra omnes hæredes agit, ut quilibet pro sua parte refundat, quod indebet accepit, quia hæreditas non est, nisi deducto ære alieno, l. Papinianus §. qua ita de inoffic. testam. d. l. subsignatum §. bona ff. de verbis. signific. & pari jure uxori compellitur pro sua parte idem solvere debitum, quod cum commune fuisset, omnes tenentur æqualiter solvere, & illa pars per errorem soluta, si hæredes

non sint solvendo, conductur, quia est propria ipsius creditoris, & apud uxorem est sine causa, argum. l. si me & Titium ff. si cert. petat. Nec aliter potest accipi dicta Ordinatio, quia dum causum expressit, in quo potest in vita fieri executio, non exclusit alium, quod post mortem ipsius eadem peti possit in bonis mariti, & insuper in acquisitis, & communicatis, quia licet in vita mariti solum pro bonis, quæ ipse attulit, possit conveniri, tamen societate dissoluta, quia beneficio legis in dote uxoris communicavit, potest peti executio in illa dotis parte, quæ marito per communicationem acquisita proponitur, & ad hoc alludit dicta Ordinatio in fine.

8 Quando autem matrimonium per dotem, & arrhas contrahitur in forma juris communis, quoad debita antea contracta nulla est differentia in his, quæ supra diximus: in his autem, quæ matrimonio durante contrahuntur, unusquisque pro suis debitis tenetur, de quo in casu notabili Valasc. d. conf. 103. num. 35. & solum maritum teneri ad debita conflata ratione familiae. Gama decis. 186. & 200. idem Gama decis. 177. Quæ decisio non dubitatione caret, cum ibi proponeretur expensæ factæ cum familia ex his, quæ idem Gama decis. 367. num. 6. in quo non immoratur, quia non est hujus inspectionis. Et vide Barbosam in l. si constante à n. 52. ff. solut. matrim.

Ex quibus sententiam revocavimus, quæ jubebat, ut uxor æqualem summam de acervo hæreditatis duceret, quia cum debitum eslet contractum ante matrimonium, resolvitur quoad illam partem communicatio, acsi à principio maritus illud minus in bonis habuisset. Nec est cur uxor tantundem de acervo auferat, cum nulla inæqualitas insurgat, quando maritus debita, quæ à parte ante contraxit, modo solvit, & appetat minus habuisse, vel nihil habuisse in bonis: Scriba Ludovicus Lopes.

SUMMARIA.

I Utata forma res extincta esse videtur.
2 Instaurata, seu refecta domo antiqua servitus manet.
Si adificium in eadem specie, &

qualitate reponitur, utiliter idem est. ibi.

Proprietas totius navis carinæ causam sequitur. ibi.

Interpretata Ordin. lib. I. tit. 68. §. 28.

DECISIO LXXXVII.

An servitus stilicidij destructa domo expiret? Ad Ordin. lib. I. tit. 68. §. 28.

Destructa domo superiori, quæ jus habebat stilicidij, incepit dubitari, an reformata antiqua domo jus stilicidij duraret? Negabat domus inferioris dominus, servitudinemque mutatione formæ extintam, l. repeti §., mutatione ff. quibus modis ususfruct. amitt. pugnat pro hac parte authoritas Caius in l. mulieris 13. §. 1. ff. de verbis. signific. quatenus ex autoritate Sabini probat, rem abesse, & extintam esse; cuius forma mutata est, ibi: *Res abesse videtur, ut Sabinus ait, & Pædius probat etiam has, quarum corpus manet, sed forma mutata est, ideo si corruptæ redditæ sunt, vel transfiguratæ, vide ri abesse:* idem Caius in l. ii ita legatum ff. de legat. 1. ibi: *Si domus fuerit legata, licet particulariter ita refecta sit, ut nihil ex pristina materia supersit, tamen dicimus utile manere legatum: at si ea domo destrueta aliam eodem loco testator ædificaverit, dicemus interire legatum:* tradit. Affl. q. 392. Brunus de refect. concl. 5. n. 47. & lib. de interit. conclus. 5. & 7. idem Affl. in cap. 1. §. fin. a n. 31. de Capic. Conrad. Bellovis. conf. 1. n. 7. & 8. facit l. si grege ff. legat. 1.

2 Verum Senatus censuit instaurata, seu refecta domo antiquam servitudem manere, quia si sublatum sit

ædificium, ex quo stilicidium cadit, & in eadem specie, & qualitate reponatur, utilitas exigit, ut idem intelligatur: Sunt verba Sabini in l. servitute §. si sublatum ff. servit. urbanor. Cæpola de servit. urban. quæst. 6. num. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. num. 55. & in fine tit. num. 72. & 73. quod ex Bart. sententia procedit in servitute reali in l. damni §. si is qui vicinas ff. damno infect. num. 1. ad fin. Unde è converso idem recipiendum est, quando destrutta est domus inferior, ubi cassitabat stilicidium, quia etiam tunc area ipsius servitudem sustinet, quia area est pars ædificij antiqui, d. §. si sublatum, ibi: *Quamvis area pars sit ædificij: facit elegans ratio l. Mutius ff. de reivendic. ibi: Nam proprietas totius navis carinæ causam sequitur:* cui repugnat Paulus in l. sed si ff. de acq. rerum domin. de quo dimicimus decis. 55. & pro nostra sententia est Ordin. lib. I. tit. 68. ibi: *E a quizer refazer, ou fazer de novo, não poderá fazer mais janelas, nem maiores, &c. Sica que etiam in hoc secundo casu judicavimus in processu Elisabethæ d'Oretto tra Emmanuel Dias, Sãocessu a Correa. Idem placuit in Alvarez contra gitato inter Ludovisianez oppidi de Bartholomæum, & da Dominico de Basto. Portalegre.*

DECISIO LXXXVIII.

SUMMARIA.



*Er Regiam provi-
sionem permisus est
ludus alearum.*

*Ad lucrata in ludo
prohibito non datur
actio. ibi.*

Ludo amissa non repetuntur à lu-

dente, sed à fisco. ibi.

2 *Interpretatio Regij diplomatis.*

*De jure communii ultra solidum
nemo perdit. ibi.*

3 *Pecunia lucrata sub fide præstata
an debeatur.*

DECISIO LXXXVIII.

An competit repetitio pæcuniae in ludo amissa? Ad Ordin. lib. 5. tit. 82.



Ontroversia orta fuit inter ludentes, An cō-
peteret repetitio pæcuniae lucratae in lu-
do alearum alijs pro-
hibito, attento jure l.
alearum C.de religios.in toto titulo C.de
aleator. cap. Episcopus 35. dist. & per le-
gem Regiam lib. 5. tit. 82. Fecit dubitan-
di causam Regia provisio, qua permit-
titur lusus alearum, solumque interdici-
tur, ne aleæ vendantur, nec alijs uti li-
ceat, quā à certa persona venditis, vul-
go, *Do Estanque*: unde videtur permis-
sus ludus alearum, & sic producitur a-
ctio ad lucrata, & repetitio cessat. Cum
hæc causa moveretur inter Eduardū Al-
varez Becarro contra Gasparem de Va-
ladares, Præses Reum condemnabat, nt
solveret summam in ludo amissam: Scri-
ba Quintal. Similis contigit causa inter
Antonium d'Almeida, & Franciscum de
Andrade, cujus fuit Scriba Gaspar de
Basto. Senatui placuit revocandam, quia
ad lucrata in ludo prohibito non da-
tur actio, & competit soluti repetitio,
nisi præscriptio quinquagenaria obstet,
I. alearum usus C.de religios. §. cōmodis,
Greg. Syntagmat. Iuris lib. 39. c. 3. Bald.
ad rubr. C.de condic. ob turpem caus.
Coler. decis. 173. Amatis decis. March.
137. adeo, ut si ille, qui in ludo amisit,
non repeatat, fisco viam sternat, ut ipse

revocet, ut in usus publicos convertatur
ead. l. fin. in §. sin autem, Ebelocombus
in Syntagmat. commun. opin. n. 6. lib. 3.
tit. fin. fol. 432, videndus Bart. in pream.
Digestorum §. illud, Imol. in l. si quis cū
sciret num. 1. & 3. ff. de usucaption. pro-
emptor. Cæpola cautel. 55. Covarr. in
reg. peccatum 2. part. §. 4. n. 1. Navarr.
in Manual. cap. 19. n. 9. Morl. in empor.
1. part. tit. 7. q. 2. n. 1. Thom. 2. 2. q. 37.
art. 7. ad 2.

2 Nec aliud evincit Regia Pro-
visio, qua ludus alearum permittitur,
quia in eo diplomate exprimitur, quod
ludo uti possit ad recreationem, in quo
reducitur ad terminos juris communis,
secundum quod ex permisso Principis
ultra solidum nemo perdit in ludis ju-
re approbatis, d. l. fin. §. sed nemini. Vide
l. 6. tit. 14. partit. 7. & tit. 7. lib. 8. novæ
Recopil. Azeved. ad l. 2. illo tit. lib. 8. n.
16. ultra Clarum lib. 5. §. ludus, & Gomes
l. 45. Tauri n. 40. Quod à fortiori pro-
cedit, quando fraude ludens usus sit,
Imol. in d. l. si quis cum sciret n. 3. Morla
ubi supra n. 5. quia causa, & initium ac-
quisitionis attenditur l. tutor. 70. ff. de
fidejuss. l. si id quod si. de donation.

3 In alio processu inter Ioannem
Feyo, & Nicolaum de Castilho, Scriba
Quintal, dubitabatur, An deberetur
pecunia lucrata sub fide præstata de
lucro solvendo? Et placuit maiori cum

DECISIO

ratione hoc casu cessare petitionem, ex his, quæ doctissimus Ægid. in l. ex hoc jure, cap. 7. n. 33. & 35. ff. de justit. & jur. notat Gutier. de contractib. jurat. cap. 53. num. 1. Covarr. in reg. peccatum 2. part. §. 5. num. 8. De quo apud

LXXXIX.

391

Hispanos est lex lata ab Invictissimo Carolo Quinto, qua cavetur, ne pecunia etiam in ludo licito amissa sub fide de lucro præstita exigatur: Sicque judicarunt Senatores Sapientissimi.

SUMMARIA.



Ubisitutio facta duobus nō impletur, nisi utroq; decedente.

Duae conditiones cōjunctæ pro una tandem habentur. ibi.

Interpret. l. si hæredi ff. de condit. instit.

Interpretata l. Lucius S. Caium

ff. ad Trebell. ibi.

Conduētor non potest movere quæstionem dominij.

In domibus in hoc Regno datur tacita reconductio, licet aliud effet de jure ibi.

Conduētor potest movere quæstionem dominij, si dominus agit reivendicatione. ibi.

DECISIO LXXXIX.

An ille, qui de manu socij partem domus communis conduxit, possit mutare causam possessionis? Ad Ordin. lib. 4. tit. 54.



Uidam testator domum reliquit duabus sororibus suis absentibus, si viverent, & insuper si intra sex menses redirent, aliás dictam domum relinquebat Estacio Gonçalvez. Contigit, quod altera ex sororibus rediit, & dimidietatem domus accepit, nec de eodem Estacius dubitavit, & inter eos domus æqualiter possidebatur pro indiviso, imò & ipsa soror à manu dicti Estacij suam domus partem cōduxerat, & mercede locationis solvebat.

I Accidit, quod á tertio dimidia pars domus evicta est finito tempore locationis: petit Estacius á conduētrice, ut mercedem solveret proportionabiliter ex parte, quæ ipsius erat in domo: ipsa negavit conductionem, afferens se esse in possessione suæ dimidietatis, & quod ad Actorem nulla pars domus spectabat: sororis assertio videbatur

adstrui ex text. in l. cum quidam C. de impuber. & alijs subst. ibi: *An alterutro decedente illico substitutum in ejus partem succedere, & placuit Sabino substitutionem tunc locum habere, cum uterque deceperit.* Ex quo patet ex Sabini sententia Estaciūm non admittendum, nisi utroque instituto absente, & non redeunte, quasi altera ex sororibus veniente defecerit substitutionis conditio: facit l. qui duos ff. de vulgar. quia etiamsi duæ sint cōditiones, si conjunctim tamen scriptæ sunt, pro una tantum conditione habentur, & ideo impleri debent, insimul ut fiat substitutioni locns, l. si hæredi ff. de condition. instit. ibi: *Si hæredi plures conditiones conjunctim datæ sint, omnibus parendum est, quia unius loco habentur, si disjunctim sint cuilibet:* Crassus §. institutio num. 4. Gomes variar. resol. tom. 1. cap. 2. num. 12. Gædeus ad l. 28. §. 1. num. 5. ff. de verbis signif. Gail. de Arrest. cap. 4. num. 10. Obstant tame

Kk

adhuc

DECISIO LXXXIX.

a ihuc, l. Lucius §. Caium ff. ad Trebel. Ubi Seia, & Titius rogati erant restituere post mortem suam, & altero mortuo statim sua pars defertur substituto, non expectata morte alterius instituti. Deinde obstat l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Ubi à filijs institutis fideicommissum relictum est nepti una oratione, si uterque sine liberis dececessisset; cum tamen unus relatio filio dececessisset, attamen respondetur ibi in partem novissimi filij substitutum admittendum: Sed responderi potest, quod in d. §. Caium diversæ, & distinctæ erant substitutiones non una oratione, & sensu comprehensæ. Deinde in hoc §. cum ita, Papinianum sensisse in rigore substitutum non admittendum, sed admitti in illo textu ex conjecturata mente testatoris. Bart. Alex. & Ripa ibi, Schardus in addit. ad Bart. sub hoc §. quem citat Nevius in eo textu, Alex. conf. 38. vol. 1. num. 1. & conf. 101. vol. 4. Abbas conf. 58. vol. 2. Donelus ad l. penult. C. de impub. & alijs substit. ubi etiam citat text. in l. pen. ff. de justit. rupt. videndus Cujat. in l. ex duobus 34. & ad l. qui duos 42. de vulgar. 2 tom. fol. mihi 763. & 764. Ubi se refert ad dict. l. cum quidam, quæ

utrumque casum, vel simul moriantur instituti, vel suo ordine, intelligit, ut semper substituto fiat locus: quod aliter videtur accipiendum in d. l. cum quidam, ut supra dixi.

2 Unde in præsenti, licet res efficeretur dubia ex supradictis juribus, tamen placuit Actori succurrendum ex alia causa, quia cum Rea ab ejus manu domus partem conduxisset, & parte una evicta, in altera parte domus Actor suam adhuc partem retinuisse, non poterat Rea quæstionem dominij movere, & differe locationis mercedem, ex reg. l. conductores C. locati, Ordin. lib. 4. tit. 54. §. 3. quia licet in dominibus non detur tacita reconductio ex reg. text. in l. item cum quæritur ff. locati §. qui impleto; tamen in hoc Regno aliter observatur ex consuetudine, teste Gama decif. 17. Et quamvis conductor possit quæstionem dominij movere, illud solum obtinet, quando dominus reivindicione agit, Barbos. in l. si alienam num. 51. non vero quando dominus ad mercedem agit, vel ex remedio d. l. conductores, Valasc. conf. 42. num. 3. vel alias: Fuit Scriba hujus Processus Gouvea.

SUMMARIA.



Monasteria Ordinis
Domini nostri Iesu
Christi an habeant
privilegium, ne sol-
vant decimas.

Privilegiatus non potest introducere suum privilegium parte non citata. ibi.

Negatione partis fit res dubia ibi.
Privilegij interpretatio fit stricte.
ibi.

2 Quando privilegia concurrunt, spe-
ciale prevalet.

Privilegium in dubio censetur da-
tum sine alterius injuria. ibi.

3 Nulla vis dicitur commissa ab eo,
qui suo privilegio utitur.

4 Monasterium non facit vim uten-
do privilegio, si est in possessione
illius.

Commendatoris causa tunc bona
est, cum probet se esse in possessione
recipiendo decimas à privilegiatis.
ibi.

Bona variationem accipiunt à pos-
sessore. ibi.

5 Res

- 5 Reversare ad Monasterium antiquum jus suscitatur.
In hoc Regno Ordinibus, seu Militijs, & Equitibus concessum est, ne solvant decimas. ibi.
- 6 Tenor privilegiorum Sedis Apostolicae refertur. ibi.
- 7 Privilegia Militum hujus Regni competit illis, ac Monachis Cisterciensibus.
- 8 Militia Sancti Iacobi, & S. Benedicti d' Avis, est Cisterciensis Ordinis.
- 9 Militiae totius Hispaniae sunt ejusdem substantiae, & gaudent ijsde privilegijs.
- 10 Militiae hujus Regni subjectae fuerunt Regno Castellae, & quando.
- 11 Pari privilegio gaudent Milites totius Hispaniae.
- 12 Communia sunt privilegia Militiarum inter se.
- 13 Privilegij interpretatio quomodo fieri debeat.
- S. Pontifex solet talia privilegia concedere. ibi.
- 14 Privilegij verba semper consideranda.
- Privilegium, ut sit reale, vel personale, quid considerandum.
- 15 Militibus hujus Regni est datum privilegium personale.
- 16 Privilegium personale convenit Monasterijs, & personis Militum. Commandatores vere Religiosi sunt. ibi.
- 17 Privilegia antiqua modernis Commendatoribus sunt concessa.
- Dispositio licet odiosa interpretatur latissime intra verborum pri-
- prietatem.
- 18 Latissima interpretatio fit, quādīo non repugnat mens concedentis.
- 19 Dispositio odiosa quando, & quōmodo restringenda.
- 20 Verba privilegij quando dirigantur ad bona.
- 21 Privilegium latissime interpretatur contra concedentem.
- 22 Privilegium contraterium quādo operetur.
- 23 Privilegium ut sit usu receptum, quid requiratur.
- 24 Semel adepta possessione non soli vendi, nemini fit injuria.
- 25 Lite pendente tuendus est possessor in sua possessione.
- 26 Privilegio Militiarum an si derogatum per usum contrarium. Privilegium non usu non amittitur. ibi.
- 27 Privilegia vel affirmativa, vel negativa sunt.
- 28 Prohibitio, & repugnantia non quālibet sufficit, ut interrumptur præscriptio.
- 29 Privilegium quādo amittatur usus contrario.
- 30 Qualis debeat esse usus contrarius ut deroget privilegio.
- 31 Renuntiatio privilegij quando fieri possit.
- Usus contrarius, seu renuntiatio debet esse illius, cui privilegium concessum est.
- 32 Privilegia Militiarum nō debent censi revocata, eo quod dicatur, quod noceant Ecclesijs.
- Abbatum, & Priorum præjudicium contemnendum. ib.

DECISIO LXXXI.

- 34 Sententiae latæ cōtra particulares personas an privilegio noceant.
- 35 Ordinarij sunt suspecti ad determinandas causas decimarum.
- Equites Militiarum sunt omnino exempti ab Ordinarijs. ibi.
- 36 Brevia Apostolica nemo interpretatur præter Summum Pontificem.
- 37 Quando liceat inferioribus Brevia Apostolica interpretari.
- 38 Regia diplomata non derogant Militiarum privilegijs.
- 39 Milites ratione sui privilegij recte cessare possunt à solutione decimarum sine violentia.
- 40 Non omnis controversia facit rem dubiam.
- 41 Privilegium Militirum non debet interpretari, ne decimas solvant Milites, sed ut terras liberas possideant ab illo onere.
- 42 Privilegia non solvendi non sunt revocata.
- 43 Ordinarij an possint decimas censuris extorquere.
- 44 Milites exempti sunt ab Ordinarijs.
- 45 Idem est de Iure, & Concilijs.
- 46 Injustè Prælati usurpant jurisdictionem in Milites.
- Sententiae latæ pro Militibus referuntur.

DECISIO LXXXII.

An privilegiatus, ne solvat decimas ex proprijs fundis, vim cōmittat non solvendo à possessionibus de novo acquisitis? Ad Ordin.lib.4. tit.58.



Um D. Ludovicus Coutinho esset in possessione Præceptoriae, seu Commendæ propriæ, inter fructus ipsius erant decimæ, quæ ex certo casali constituto inter limites ipsius solvebantur Ecclesiæ, quod casale cum olim ad Monachos Ordinis Domini Nostri Iesu Christi pervenisset, cōtra prædecessorem dicti Præceptoris sententiam reportarunt, qua judicatum fuit, ne decimas ex illo solvere tenerentur, quia proprijs sumptibus illud excubabant virtute proprij privilegij, quo ille Conventus de Thomar gaudebat: postea illud idem casale à potestate Monachorum exivit, & cum ad manus laicorum non privilegiatorum venisset, ipsi solitas exolverunt Ecclesiæ decimas per aliquod temporis spa-

tium. Ultimo tandem cum de novo à dicto Conventu occuparetur ex novo titulo, cessavit à sol tione decimarum juxta formam sui privilegij: Præceptor se spoliatum afferebat à jure decimandi, eo quod etiam si dicti Monachi privilegium habuissent non solvendi decimas; tamen adhuc illud non poterant introducere propria autoritate, non citato, nec auditio possessore, sicut aliás à qualibet alia annua præstatione expelli non posset sine spolijs vitio, ex his, quæ Menoch. remed. 1. num. 89. Guttierr.lib.2. Canon.cap.21. num.147. Nemo enim potest esse judex sui privilegij, quando negatione partis efficitur dubium, ex reg. l. 2. ff. quor. legator. ubi proprij legati non permittitur occupatio, Ordin.lib.4. tit.58. ibi: Polo fazer per sua authoridade: Gama decif.4. num. 1. D. Caldas Pereira de extinct. cap.

cap. 17. num. 20. & seqq. Quod maxime hoc casu procedebat, in quo agebatur de privilegio, cuius interpretatio est stricte facienda ad bona, quæ Conventus erant tempore concessionis, & non ad postea acquisita ex regul. cap. nuper de decim. Gutierr. d. cap. 21. num. 136. cap. dudum illo tit. Soares de divino cultu cap. 19. n. 3.

2 Deinde, quia hoc casu concurrebant duo privilegia, alterum Commendatoris, quo decimas ratione Commendæ levare poterat, alterum dicti Conventus, ne decimas solveret, in quo privilegiorum concursu Commendatoris est speciale ad illas decimas certi loci, & Ecclesiæ levandas; Monachorum vero generale, & in communi, ne decimas solvant: unde non debebat generale derogare speciali, Batt. in l. si alij num. 12. ff. usufruct. legat. quia non tantum operatur generalis concessio quo ad genus, quantum specialis quo ad speciem, idem Bart. in l. 1. num. 2. quæ res pignori. Quod maxime procedit, quando intercedit utroque casu idem favor respectu ejusdem ordinis, quia Commendatores etiam Monachi sunt. Didacus de la Mota lib. 2. §. 3. fol. 143. num. 14. de Confirm. Ordin. Sanct. Jacob. Quare cum maius, vel saltem par sit privilegium Praeceptoriae, ejus est melior causa, quia in dubio debet intelligi concessum sine alterius injuria, Bart. in l. impuberi num. 2. ff. de administr. tutor. & in l. vacuatis num. 1. C. de Decurion. lib. 10. Et semper præfertur ille, qui agit de damno vitando, cap. penult. de privileg. Oldrad. conf. 268. Gutierr. d. cap. 21. num. 129. ex regul. cap. 1. §. de decim.

3 Verum his non obstantibus placuit revocandam sententiam, eo quod nulla vis censi debeat commissa à Monachis, qui in casu occurrenti suo utuntur privilegio, de jure enim Monachi à terris suo labore cultis decimas non solvunt. Soares de divin. cult. cap. 19. à princip. probat cap. à nobis de decimis, cap. ex parte 1. illo tit. Ubi hor-

tos Religitorum à solutione exemit, & leprotorum, in cap. nuper de Eccles. ædificand. & Monasterio, & suis membris idem concedit in cap. fin. ut lite pend. Rebuff. de decim. quæst. 13. n. 103. Gutierr. d. q. 21. n. 26. Covarr. cap. 17. à num. 9. Menchac. 2. illustr. cap. 89. n. 5. Gutierr. in cont. 5. à n. 8. Unde in nostro casu dum Monachis Ordinis Domini Nostri Iesu Christi hoc privilegium concessit, magis debet dici renovatum illud, quod à jure erat, quam de novo concessum. Soares de leib. lib. 8. cap. 81. n. 6.

4 Unde fit, quod sicut Commendæ Praeceptor est in possessione percipiendi decimas, sic pariter Monachi sunt in possessione sui privilegij, non solvendi de terris suis, quas ipsi excolunt, nec possunt dici vim commississe, dum recusant solvere, quia imo censentur continuasse suam quasi possessionem, quam in actu habent in rebus à se possessis, in habitu ad res postea acquirendas, quibus acquisitis privilegium reducitur ad actu, l. quanvis ff. de acquir. possess. quæ omnia in solo animo geruntur, quandiu corporum possessio non apprehenditur, l. clam possidere, l. si id quod §. ult. eod. tit. Conianus lib. 3. c. 9. n. 5. Vaconius lib. 1. declarat. 42. Menoch. 1. recuper. n. 8.

Unde illa possessio, quam habet Praeceptor Militiæ de recipiendis decimis, in hoc casu est imperfecta, & non sufficiens, quia debuit probare se solitum recipere à privilegiatis, non obstante allegato privilegio; constat namque hoc privilegium esse personale, quod mutata persona mutari oportet: prosequitur Bartolus in Auth. de non eligend. §. ante nuptiali, citans l. fin. de inofficiis. testam. in fin. & l. Paulus §. 1. ff. acquir. hæred. Unde sicut res illa quandiu penes sæculares extitit, in pristinam obligationem incidit solvendi decimas, sic pariter reversa ad Monasterium quasi postliminij jure ad antiquum privilegium reducitur; quia personæ privilegium concessum respectu rerum,

tas afficit, & nova forma induit, ut donec in eo statu illa res permaneat, ab omni decima sit immunis. Sicut alias qui solvebat jugatam, si fiat Senator, si eam non solvit, poterit ne dici contra eum, quod sua authoritate suum privilegium introducit? Minime quidem. Cum authoritate legis faciat, & non propria, ut in terminis per Cabed. Arest. 17. & 57. Bona namque variationem accipiunt à possessore privilegiato, ut in d. l. Paulus §. 1. l. si à me ff. ad l. Falcid. Barbos. in l. post dotem num. 75. ff. solut. matrimon. Gutierr. pract. lib. 1. quæst. 3. num. 15. & quæst. 49. num. 4. Lafarte de decima cap. 19. num. 44. Azeved. lib. 5. tit. 4. l. 15. num. fin. eleganter Surdus conf. 307. num. 7. & 525. à num. 4. & seqq. facit Ordin. 2. tit. 57. à princip. optima Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 8. in Clerico successore laici, qui suo utitur privilegio.

5 Quod sine dubio erat in præsenti casu, in quo constabat, jam super decimandi jure hujus proprietatis Monasterium sententiam reportasse contra patrem Actoris, ne decimarum solutioni esset obnoxia, quando in potestate Monasterij erat. Quare reversa re ad Monasterium pristino jure fruitur: quinimò spoliatus dici posset, si in illo statu non conservaretur, argum. cap. querelam de electione. Nec obstabunt, quæ in initio in contrarium adduximus: Nam ad primum satisfit, quod non violenter privilegij observantia introducitur, cum jam antea sit introducta, & privilegio generali roborata usu recepto, in cuius violatione maius daretur spolium, quod non solum res tempore interpretationis comprehendit, sed & futuras, cap. quia circa de privileg. & in terminis Bart. in l. damni §. si is qui vicinas ff. de damno infecto in fine. Ad secundum, & alia, quæ in ea oppositione involvuntur, respondetur, quod de privilegio concesso Ordini dubitare non licet, cum de eo sint ampla, & notoria privilegia, quæ libertatem à decimis non solum Ordini, verum

& Præceptoribus concedunt, etiam de illis rebus, de quibus alter ad illa usque tempora decimas percepisset: ut disponit Martinus II. in Brevi suo nomine expedito: cujus verba sunt, ibi: Nos vero propagationem, & tranquillitatē prædictorum Abbatum, Priorū, Abbatissarum, & etiam Convētuum dicti Ordinis intensis desiderijs affectantes, per Apostolica rescripta mandamus, quatenus dictum Abbatem, & omnes, & singulos Abbates, Piores, & Abbatissas, & omnia singula Monasteria, & singulæ personas dicti Ordinis, præsentia, & futura, ubiunque pro tempore consistentia à præstatione decimatum, tam de possessionibus ante, & post Concilium memoratum, quam de cætero habendis, & tam de novalibus, sive ante, sive post Concilium hujusmodi acquisitis, & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolunt, seu excolet, seu alias quomodo cunque qualiter cunque excolantur: & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepit, servetis immunes, &c. Nono Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

Concessum reperitur aliud privilegium Cisterciensis Ordinis Monachis, ne decimas solvant, à Sixto IV. in hæc verba: Abbatem Cisterciensem, ac omnes, & singulos Abbates, Piores, Abbatissas, nec non omnia, & singula Monasteria præsentia, & futura, ubilibet existentia, singularesque personas dicti Ordinis à præstatione decimatum, tam de possessionibus habitis ante, & post Concilium, quam de cætero habendis, etiam de novalibus, sive ante, sive post Concilium hujusmodi acquisitis, & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolunt, & excolet, quam alias quomodolibet, aut qualiter cunque excolantur: & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepit authoritate prædicta, de speciali gratia penitus eximimus, & exempta fore perpetuo decernimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1481. Pontificatus nostri anno duodecimo.

D E C I S I O

LXXXI.

397

6 Ex hoc privilegio concessio Cisterciensi Ordini fundato anno 1098. à quodam Stephano viro Religiosissimo, postea aucto, & reformato à Roberto ex Imperiali sanguine , favore Ottonis Duci de Borgonha, cuius Religionis Habitum suscepit D. Bernardus , manifeste colligitur Monachos illius Ordinis tam respectu Communatum, & Conventuum, quam respectu Abbatiarum , & particularium personarum exemptos esse à solutione decimorum , ex illis rebus, quas suis excidunt expensis.

7 Quod autem Militia Sancti Benedicti d' Avis , quæ est antiquior totius Hispaniæ, ut refert Eduardus Nunez de Leão in Chronica Regis D. Alphonsi Henriques fol. 55. confirmata per Innocent. III. anno 1204. sit ejusdem Ordinis Cisterciensis, sicut & ipsa Militia Iesu Christi constat, quia utraque sub eadem militat disciplina , ultra Martam de jurisdic. lib. 2. cap. 32. n. 14. explicatur in pluribus Brevibus, qualis est Brevis Pij IV. Ubi hæc verba habentur, qui & Iesu Christi sub Regula Cisterciensis Militiæ Magnus Magister existebat : & in alio Brevi Innocentij VIII. concessio Invictissimo Regi Emmanueli, ibi : *Emmanuelis Ducis Regiae Administratoris perpetui per Sedem Apostolicam deputati Magistratus Militiæ Iesu Christi Cisterciensis Ordinis, &c.*

8 Unde infertur, quod cum Ordines , & Militiæ Hispaniæ sint ejusdem substantiæ , & regulæ, gaudent ijsdem privilegijs ; non enim alia reperitur differentia, quam locorum , ut colligitur ex Bulla Iulij II. in libro Gladiorum fol. 62. qui servatur in Tribunali Scientiæ Regis Invictissimi. Ubi omnes causæ , quæ in alijs Tribunalibus expediuntur, in eo ne Regis conscientia lædi possit, revidentur ex ipsius mandato , quando id negotij qualitas exposcit: cui Tribunali Militiarum gubernatio commissa est; & ex alia Bulla in eodem libro fol. 64. & ex altera Bonifacij IX. fol. 68. & Pauli III. fol. 70.

& Innocentij III. fol. 74. & Nicolai IV. fol. 116. & Celestini fol. 116. & Gregorij XIII. fol. 118.

9 Constat namque Militias D. Iacobi , & Sancti Benedicti d'Avis in hoc Regno subjectas extitisse Regno Castellæ in ipsarum primordijs ; altera namque erat filia Conventus de Vales , altera Calatravæ : quæ subjectio duravit usque ad tempora Regis Dionysij , quo separatae sunt virtute Bullæ Nicolai IV. & Celestini III. & Celestini V. Nicolai V. Et ex crescentibus duobus super ea exemptione, hæc omnia inciderunt in tempore Regis Alphonsi V. quo cum effectu separatæ sunt à Papa Eugenio IV. Constat ex Chronica dicti Regis fol. 73. & 88. Maris in suis Dialog. Dialog. 4. cap. 7. fol. 166. Eduardus Nunez de Leao in vita Regis Dionysij fol. 128. & in vita Regis Alphonsi V. fol. 55. Maris ubi supra, vers. Tambem o nosso Portugal.

10 Unde non est dubium tam in Hispania , quam in hoc Regno omnes Militias paribus gaudere privilegijs Cisterciensis Ordinis , & Sanctæ Iustinæ , & Montis Gaffini , & alijs relatis in Regula illius Ordinis de Avis fol. 1. Et constat ex Bulla Gregor. XIV. cuius meminit Frater Emmanuel Rodriguez 1. tom. Regul. quæst. 55. art. 6. & art. 17. & ex Bulla Leonis X. dicto libro Gladiorum fol. 50. & Clement. VII. ultra Regulam Alcantaræ in princip. & in §. 2. & tit. 1. cap. 2. Rota novissima 2. part. decisi. 266. Quæ omnia privilegia renovata reperiuntur per eandem Sedem Apostolicam à Pio V. & Gregorio XIII. dicto libro Gladiorum fol. 18. & 25.

11 Ultra quæ in hoc Regno inter omnes Militias datur specialis communicatio inter se ad omnia privilegia alteri earum concessa , ut continetur in Brevi Julij II. impletato à Magistro D. Georgio, ibi: Privilegijs, indulgis cuiuslibet dictarum Militiarum , ut præfertur, concessis generaliter uterentur , poterintur, & gaudent. Quæ omnia privilegia

DECISIO LXXXI.

legia inter ipsas Militias postea communia declaravit Episcopus Lamacensis in hæc verba : *E que isto mesmo usum dos privilegios de Alcantara, & Calatrava, & de Aviz, que atè aqui sao avidos. Quæ etiam extensio ad Militiam Iesu Christi facta est, ut constat ex ipsis actis, quæ sunt apud Scribam Petrum Leitão.*

Unde supponendo quod dicto Ordini Cisterciensi tale privilegium concessum est, ut ex ipso patet, & quod Equites dictæ Militiæ Iesu Christi militant sub eadem regula;

12. Restat videre, quomodo hoc privilegium debeat interpretari. Et dubitari non potest de potestate Summi Pontificis, qua solet talia privilegia sæpe Religiosis concedere, ut in cap. ex parte, cap. suggestum de decim. quia insuper concedere potest sacerdotalibus privilegium decimas ab alijs colligendi ex justa causa, ut explicat Hostiensis in summa tit. 2. de decim. n. 13. l. 13. tit. 20. part. 1. Prout videmus concessisse Regi Alfonso XI. Castellæ, ut in l. 1. tit. 21. lib. 9. Ordin. refert Lasarte de decim. vendition. cap. 19. num. 36. Palat. in rubr. §. 37. num. 13. Menchac. illustrium quæst. cap. 89. num. 6. Gutierr. lib. 1. ad leges Regni quæst. 14. ita ut decimæ fiant jus Regale, ut dixit Avendañ. lib. 2. de exequend. mand. cap. 14. num. 21. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 20. part. 1. verbo, no los devén: easdem concessas in Regno Granatensi Regi Ferdinandu refert Xuar. allegat. 28. Puteus dec. 3. 19. lib. 3.

13. Quo supposito, manet dubium circa interpretationem privilegij, & ut clarius demonstretur, potest hæc materia in sequentes quæstiones dividi. Primo, an hoc privilegium non solvendi decimas sit reale, vel personale? Secundo, an debeat intelligi solum de Cöventibus, & Communitatibus? Tertio, si est usu receptum, vel contrario usu derogatum? Quarto, an derogatum cœseri debeat ex Regijs Provisionibus à Rege Emmanuele, & Sebastiano ema-

natis, quibus décidit tale privilegium Militijs non competere. Volui incidenter de hoc agere, quia ultraquamquod tangit materiam hujus decisionis, et res valde controversa: & ideo libuit in ea paululum insudare.

13. Quoad primum igitur consideranda sunt privilegij verba argum. cap. porro de privil. ibi: *Ex inspectione privilegiorum.* Traq. in l. si unquam, verbo libertis num. 6. & 7. Dubitari namque potest, An illud sit reale, vel personale? Quod quomodo cognoscendum sit, explicat gloss. in Clem. 2. de decimis, verbo excolendas, Abb. in cap. 1. illo tit. Soares de divin. cult. 1. part. cap. 19. n.

14. Ubi quatuor verborum formulas expendit, veluti si dicat de proprijs fundis, vel ex agris, quos proprijs sumptibus excolunt; quæ verba in personale privilegium sonant. Secundo, si dirigantur verba ad res ipsas, veluti ne solvant, nec eorum fundi: & esse reale privilegium glossa sentit. Tertio, si contineant, quod eximit Religiosos, ne solvant de suis prædijs, sive per se, sive per colos excolant: & hoc privilegium reale judicat. Quarto, si dicat, eximo tale Religionem à decimis suorum prædiorum: glossa hoc personale vocat, Soares reale dicit, de quo late etiam Surdus conf. 825. à n. 22. Barbosa in l. quia tale n. 3. & 11. ff. sol. matrim.

14. Hoc supposito, legenti horum Brevium verba patebit privilegium personale esse concessum Religiosis Cisterciensibus, ne solvant de prædijs, quæ excolunt suis sumptibus; sufficietque, ut qualitercumque excolant, & comprehendent etiam prædia conducta, quia illud denotant illa verba, quomodo cumque, & qualitercumque, & ibi, proprijs sumptibus, quia hæc omnia sub verborum proprietate veniunt, & latitudine, Surd. conf. 497. quia verba sunt testimonium mentis, idem Surdus conf. 82. n. 33. & conf. 106. n. 30. & 179. n. 62.

15. In secunda quæstione supposito quod privilegium sit personale, an

debeat intelligi, ut comprehendat non solum Conventus Ordinis, sed & particulares personas? Et verba ad singulos dirigi constat, ibi: Et singulas personas: quæ expressio non debet censeri otiosa, sed cum effectu, ex reg. l. i. C. commun. de legat. cap. relatum de cleric. non resid. cap. hæc autem verba de pænit. dist. i. l. si per alium §. docere ff. ne quis eum, l. i. §. hoc autem ff. quod quisque juris, Surdus conf. 3. num. 25. & 179 num. 49. & conf. 112. n. 46. Unde cum illa verba proprie comprehendant quemcunque Religiosum, etiam si extra claustra Monasterij degat, eodem modo comprehendunt Præceptorem, seu Commendatorem quemcunque, qui vere Religiosus est, ex Covarr. 2. part. epitome cap. 3. §. 1. num. 18. Navarr. de redditib. monit. 55. & 56. & in propugnac. §. 15. & conf. 5. lib. 1. de his quæ vi num. 6. & de regular. conf. 23. lib. 4. & de sponsalib. conf. 10. & 13. Avendañ. cap. 26. Prætor. num. 11. lib. 2. Belluga in specul. cap. 1. rubr. 7. num. 7. Rota decis. 256. quia commutatio voti continentiae in castitatem conjugalem non mutat Regulæ substantiam, ut per supra citatos. Et omnem dubitationem excludit Bulla Leonis X. Ubi declarat, privilegia Ordinis ad singulas personas pertinere, ibi: *Magistri, nec non Fratres, & personæ quæcunque: & ibi: Earumque Magistros, Priors, Præceptores, Fratres, Ecclesias, & loca, & personas familiares, ac vassallos, &c.*

16 Quæ verba plane innuunt antiqua Ordinis privilegia modernis Commendatoribus, seu Præceptoribus esse concessa; Præceptores enim dicuntur Commendatores, ex Cortas. de Sacerd. 1. part. cap. 3. num. 2. Barbat. in Clem. causam quæ col. 12. de elect. Rebuff. de nominat. q. 15. n. 16. Mandos. de infirmis q. 20. n. 8.

17 Et succedit regula, quod quisque privilegium, seu quælibet dispositio odiosa debeat restringi, reg. odia regula quæ à jure de reg. jur. lib. 6. cap. 1. de filijs presbyt. Oldrad. conf. 268. Re-

buff. de decim. cap. 13. num. 124. Covar. cap. 17. num. 14. Gutiert. lib. 2. Canon. cap. 2. num. 129. & conf. 5. num. 15. cap. cum capella, cap. sane, cap. in tuis de privileg. Tamen extra dubium est dispositionem quamlibet odiosam habere latam, & latissimam interpretationem intra verborum proprietatem cap. intelligentia de verbis signif. cap. secundo requiris, vers. inquisitioni de appell. quia sequimur non verba, sed mentem concedentis cap. ad audientiam de decim. ibi: *Nam si intelligeremus, &c.* cap. olim, cap. recipimus, vers. inspicienda, cap. considerabimus 9. de electione, ibi: *Contra tenorem privilegiorum: & in specie Abb. in d. cap. ad audientiam num. 1. Decius in cap. causam quæ de rescript. & conf. 113. Marianus Iunior conf. 37. num. 16. lib. 1. Paris. conf. 22. num. 6. lib. 4. Tiraq. in Præfation. l. si unquam num. 119. C. de revocand. donation. juvat l. i. vers. quod autem ff. de aleæ luf. juxta literam negativam, quæ est in Pandectis Florentinis, ibi: *Quod non puto verum, Prætor enim simpliciter, &c.**

18 Quæ interpretatio sic latissima toleranda est, quandiu mens concedentis non offendatur, l. Filium 16. ff. ad Macedon. junct. l. iuste 201. ff. de verbis signif. l. Senatus 59. juncta l. libertus ff. de ritu nuptiar. observant. Ias. in l. si constante num. 82. ff. solut. matrimon. plures ut per Pinel. in l. i. C. de bon. matern. 2. part. n. 72. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 4. n. 101.

19 Nec obstat, quod dispositio odiosa restringenda sit, quia hoc intelligi debet de restrictione, quæ fit intra verborum limites, & mentis concedentis; in hoc enim dispositio favorabilis, & odiosa diversificantur; quia hæc recipit extensionem extra verborum proprietatem ex rationibus extrinsecis, l. non possunt ff. de legib. odiosæ vero extēsionē habere possunt intra verborum proprietatem ex rationibus intrinsecis. Unde falsa est illorum opinio, qui sentiunt, quod ubi primum privilegium in aliquo verificatur etiam minimo, hoc sufficit, ut

in reliquis debeat restringi. Contraria namque est melior, & verior opinio, & comprobatur ex text. in cap. ad audienciam, cap. quia circa de privileg. Ubi privilegia de decimis etiamsi jam aliquid operentur in novalibus, adhuc suos producunt effectus quoad decimas antiquas, & quoad de novo acqui- rendas, in quibus ex mente, & verbis fit latissima interpretatio: nec adver- satur cap. in his de privileg. in fine ibi: *Ut aliquid, &c.* quia ille textus solum probat, quod semper privilegium de- bet aliquid operari contra jus, non au- tem quod ubi primum aliquid opera- retur, in alijs deberet restringi, quando & verba, & mens concedentis non re- pugnaverit ex reg. cap. cum tibi, cap. pen. de verbor. signific.

Unde cum verba hujus privilegij loquantur de personis singularibus, & de Praeceptoribus, jam illorum verbo- rum proprietas ostendit, quod Praecep- toes quatenus tales, etiam si in saeculo degant, gaudent eodem privilegio non solvendi de bonis, quae suis sumptibus excolunt: nec potest dici privilegium fore limitandum ad bona habita ante Concilium Lateranense, juxta cap. nu- per de decim.: quia Brevia Apostolica specialiter agunt de bonis ante, & post Concilium acquisitis.

20 Nec pariter obstat, quod verba privilegij videntur dirigi ad bona Con- ventuum, & Religionum: quare non de- bent extendi ad patrimonialia ad instar privilegij clericalis, quod ad patrimo- nialia non extenditur. Covarr. lib. 1. va- riar. cap. 4. n. 3. Bobadilla lib. 1. cap. 18. n. 260. Gutierrez. lib. 4. practic. cap. 38. n. 17. Satisfit namque, quod verba privile- gij non ad bona ipsa diriguntur, sed ad personas in his, quae suis sumptibus ex- colunt. Quae verba sic comprehendunt bona Ecclesiarum, ac patrimonialia, sicut etiam conducta, & non propria, cum & haec proprijs sumptibus coli possint.

21 Nec pariter obstat, quod su- pradieta recte obtinebunt, dum privi- legium interpretamur contra conce-

dentem, quia tunc & verba, & mens tem- consideramus. Surdus conf. 140. num. 73. De quo est text. in l. si quando C. de bo- nis vacantib. lib. 10. cap. ex parte 1. de- verbor. signif. Innocent. ex cap. cum di- lecti de donation. Marsilius flogul. 483. Grammat. decis. 49. num. 55. Bertrandus conf. 7. num. 2. vol. 3. & conf. 38. num. 3. vol. 7. & est doctrina Abbat. in d. cap. olim de verbor. signific. cap. cum olim, ubi DD. de consuet. Idem Abb. in cap. quia circa de privil. gloss. loquens in sta- tuto in l. fin. §. in computatione C. de- jure deliber. Gutierrez. lib. 2. Canonic. q. 21. n. 121.

Verum contra priores, & alios, qui sunt in possessione decimandi, non po- test tale privilegium extendi, ne illis solvatur de rebus de novo acquisitis, de quo est text. in cap. pen. de privileg. Oldrad. conf. 268. Felin. in cap. causam quae de rescript. n. 11. Cotta verbo pri- vilegia in ultim. memorab.

22 Quia ultra responcionem Ab- batis in cap. dudum de privileg. & De- cij conf. 113. num. 7. & aliam Gutierrez. ubi supra num. 129. respondetur, quod privilegium etiam contra operatur, quā- do clare disponit cum tertij præjudi- cio, nam licet supra posita in contra- rium procedant, quando sumus in dubio, cessant tamen, quando verba non sunt dubia, nec deficiat potestas in concedente: patet ex illis verbis, ibi: *Et etiam de illis possessionibus, de qui- bus aliquis hactenus percipit:* quae verba diriguntur in tertios, qui erant in pos- sessione recipiendi, quibus S. Pontifex & præjudicare voluit, & potuit. Nec potest dici ignorasse ea, quae exprimit Oldrad. d. conf. 168. Felin. in cap. cau- sam quae num. 11. de rescript. latissime Ruin. conf. 88. num. 6. lib. 4. Menoch. conf. 36. num. 36. lib. 1. Et quanvis hi Doctores contrariam sequerentur, lo- quebantur tamen quando privilegium erat generale, in quo cadebat dubita- tio de mente statuentis: & adhuc in illis terminis nostram secutus est So- cin. conf. 297. num. 6. lib. 2, idem De- cius

cius conf. 113. vers. tenore num. 3. Cret-
tus conf. 94. num. 15. lib. 1. & fuisse judi-
catum in Rota Cassador. decis. 1. n. 1. ad
fin. de privileg.

Verum quando specialiter privile-
gio sic cavetur, nec Oldradus, nec alij
dubitarent, cum dubitare non liceat
de potestate Papæ in hac concessione,
cum hæc decimæ respectu quottæ sint
de jure humano, quod Papæ subest, ut
in cap. à nobis, ubi gloss. verbo exem-
ptus de decim. Decius in cap. cum or-
dinem num. 1. de rescript. Covarr. lib. 1.
resolut. cap. 17. n. 9.

23 Tertia est quæstio: An hoc
privilegium fuerit usu receptum, & an
sublatum per non usum, vel contrario
usu? Et quoad primum extra dubita-
tionis aleam est omne privilegium indi-
gere, ut recipiatur usu, cap. ult. de con-
suetud. lib. 6. cap. 1. de treuga, & pace, ubi
late Panormit. Iaf. in l. rem non novam
C. de judic. Henrques in tract. de Sy-
nodo 3. part. cap. 2. num. 50. & 63. idem
Panorm. in cap. cum olim de Cleric. con-
jugat. & per Soares de legib. lib. 4. cap.
16. num. 1. Menoch. lib. 2. præsumpt. 2.
num. 1. Quod autem hoc privilegium
fuisse usu receptum, colligitur, quia cō-
stat à Magno Magistro fuisse impetratū,
& servatum, & virtute illius Equites se
abstinuisse à solvendis decimis, & Præ-
latos se opposuisse, & hodie dicitur cau-
sa pendere in Romana Curia. Quæ con-
tradiccio non efficit privilegium usu
non receptum esse; imò ostendit con-
trarium, ultra quamquod reperiuntur ta-
lia privilegia transcripta in libris, in qui-
bus Ordinum, & Militiarum privilegia
describuntur, & in Archivis publicis
recondita: quæ omnia arguant ipsorum
observantiam.

24 Unde fit, quod adepta sic pos-
sessione non solvendi ex parte Equitum,
non possunt Prælati conqueri, quod
ipsi decimas non solvant, cum illud ef-
ficiant continuando suorum prædeces-
sorum jus, & statum, qui non mutatur
ex successorum persona, l. 2. §. ex his ff. de
verbis obligat. Cum idem sit Ordo, qui

in principio extitit, l. cū proponebatur
ff. de judic. & pendente lite idem status,
& succedendi, seu providendi modus
continuatur, cap. 1. & 2. ut lite pend. lib:
6. Quæ jura licet prohibeant pendente
appellatione alium substitui, tamen in-
telliguntur, quia litigans non erat in
possessione illius juris presentandi, seu
eligendi; si enim de aliqua quasi posses-
sione constaret, in ea conservari debui-
set, quoties contigisset vacare ex regu-
la cap. consultationibus de jure patron.
Pendente namq; lite utitur possessor sua
quasi possessione, d. cap. 1. l. certū C. de
reivendicat. Nec aliud probat d. cap. 2.
ut lit. pend. lib. 6. quia in eo textu quan-
vis monasterium esset in quasi posses-
sione eligendi, tamen adhuc non fuerat ejus
electio confirmata: quo dato, ex tali præ-
sentatione certum est non quæri quasi
possessionem, cum non sortita fuisset ef-
fectum ex Covarr. in reg. possessor 2.
part. in princ. quia si suum effectum af-
sequeretur, semper possidens esset tuen-
dus, etiamsi lis super proprietate pēde-
ret. Lambertin. de jur. patron. lib. 2. part.
1. quæst. 3. princ. att. 4. n. 3. Fundamēta
autem contraria, quæ in eo textu pon-
derat Abb. num. 21. ex mala fide orta ex
litis pendentia, ex lege sed si lege §. si
ante ff. de petit. hæred. & ex restitutio-
ne fructuum facienda, de qua in d. l. cer-
tum, diluit Covarr. de sponsalib. 2. part.
cap. 8. §. 1. n. 5.

25 Dato autem quod nulla lis pen-
deat in Rota, adhuc justissime Equites
ratione sui privilegij petunt illius obser-
vantiam, cum nihil appareat, quo im-
mutatum, seu derogatum censerri possit,
nec derogatio, cum sit mutatio, in dubio
præsumenda sit.

26 An derogatum sit per non usum?
Indubitate juris est privilegium non usu
amitti posse, quia ex tali non usu induci-
tur quædā tacita renuntiatio ejusdem pri-
vilegij, l. 1. ff. de nundin. DD. in cap. cū
accessissent de constitut. Bart. & alij in
l. falso C. de divers. rescript. Soares de
legib. lib. 8. cap. 34. num. 2. & cap. 29. per
tot. Arguit namque non usus renuntia-

DECISIO LXXXI.

tionem. Padilla in d.l. falso, Bellug. in specul. rubr. 47. §. sciendum num. 5. Capic. decis. 134. Tapia in l.fin. ff. de constit. Princip. cap. 1. n. 5.

28 Tamen est advertendum, quod privilegia vel sunt affirmativa, vel negativa, ut distinguit l. 42. tit. 18. part. 3. Unde hæc renuntiatio per non usum solum habet locum in privilegio affirmativo, quia hoc solum extinguitur non usu, Soares ubi supra d. cap. 34. num. 34. In negativis vero non sufficit non usus (quale hoc est de quo agimus) quod consistit in non solvendo decimas, quod ut non usu derogatum censeatur, oportet ut intercesserit prohibitio, & post illam tempus effluxisset necessariū ad præscribendum contra privilegium, gloss. in l. 1. C. de servit. Padill. ibi num. 12. Molin. Theolog. tract. 2. disp. 70. fol. 431. vers. quod idem, Suares alleg. 26. ad fin. Mascard. conclus. 1215.

29 Nec obstabit, si quis dixerit, quod in nostro casu constat Prælatos contradixisse, & ab illa prohibitione tempus sufficiens effluxisse, ut derogatū censi debeat. Quia satisfit, quod non omnis sufficit prohibitio, quia debet fieri illis personis, quibus privilegium concessum fuit. Ratio est: quia cum in hoc inducatur tacita renuntiatio, hæc nunquam potest præsumi, nisi facta ab eo, qui expresse tali privilegio renuntiare potest: unde cum privilegium de non solvendis decimis fuisset concessum Ordini, seu Militiæ, ejusque Magno Magistro, non sufficit, quod fiat prohibitio Equitibus particularibus, nisi fiat ipsi Magistro, & Ordini in communi, cui concessum est; privilegia namque Ordinis nec tacite, nec expresse possunt remitti à particularibus personis, seu Equitibus, aut Commendatoribus, ex reg. cap. si diligenter de foro comp. cap. significasti eod. tit. Quare lites aliter motæ non possunt noce-re Ordini in communi, Tap. d.l. fin. cap. 2 num. 5. Soares d. cap. 35. num. 5. Nec etrum taciturnitas per longum tem-pus sufficeret, nisi ex cursu centum an-

norum, quo spatio contra Militiarum bona præscribitur ex indultis dicto Ordini concessis.

*An ex usu contrario debeat censi-
p-
vilegium revocatum?*

30 Dubitari nequit, quod usu con-trario privilegia tolli possunt, ex gloss. in cap. ex ore de his, quæ sunt à maior. part. verbo renūtiasse, gloss. in cap. ult. de vita, & honest. verbo cum factō cap. cū accessissent de constitut. cap. si de terra, cap. accendentibus de privil. Bart. in l. fin. ff. de constit. Princip. ubi Tapia 2. part. cap. 2. citata l. 2. C. de jure domin. impetrand.

31 Verum qualis hic usus esse de-beat, est summè notandum, quia non omnes actiones contrariæ privilegio pertinent ad contrarium ipsius usum, is namque tunc datur, cum ipsi priviliati dicto contrario usui acquies-cunt, sibique volunt præjudicare: ponit Tapia exemplum in d.l. fin. num. 9. duobus socijs, ubi contrarius usus unius ex socijs sibi, non vero socio præjudicat. Unde contrarius usus tunc datur, quando ille exercetur cum privilegiatis in actibus, qui concernunt observantiam privilegij in actu practico. Hos autem privilegiatos sic accipere debemus, ut non sint particulares, sed ipsi, quibus prineipaliter privilegium concessum est, prout Magnus Magister, Conven-tuumque Prælati, & generalis Ordinum Procurator. Si namque in contrario usu solum considerentur actus particula-rium personarum, ex his actibus privi-legium non amittitur in totum, nec ad actus futuros, sed pro illa vice, consi-deratur namque in quolibet privilegio utilitas, ejusque possessio, & ejusdem privilegij proprietas. Unde quando privilegiati patiuntur actus contrarios suo privilegio, soli possessioni ipsius renuntiant quoad illos actus; verum in futurum tali privilegio negativo uti non prohibentur, gloss. in cap. gra-tum de officio delegat. ubi multa jura

citat; probat l. ult. ff. de privil. veteran. l. 2. ff. ad municipal. Soares d. cap. 35. n. 9. & probat. l. voluntariæ C. de excus. tutor. ibi: *Voluntariæ tutelæ munera privilegijs nihil aerogant, id est quoad munera futura non voluntaria: exponit ibi gloss. Soares ubi supra num. 14. Gregor. dict. l. 42. tit. 18. part. 3. Alex. conf. 33. Bart. in d. l. voluntariæ, & d. l. ult. ff. de constit. Princip.* Nec aliud probant d. cap. cum accessissent, ibi: *Nisi Canonici contravenerint aliquem eligendo. Ubi videtur, quod ex unico actu contrario privilegium infringitur eligendi, quia ibi privilegium concessum erat ad unicum actum, non vero ad plures: & unus actus contrarius totum privilegium violavit, quia tractum non habebat successivum,* Tapia d. cap. 2. in princip. Soares ubi supra. Et eodem modo procedit textus in l. fin. ff. de privil. veteran. dum decidit, quod debet cogi munera subire ille, qui passus est contra suum privilegium semel eligi. Quia respōdetur, quod procedit respectu illorum actuum, in quibus consensit, & non ad futuros, ut per Soares ubi supra n. 18.

32 Deinde procedit in eo, qui dominus est sui privilegijs, cui vel tacite, vel expressè renuntiavit in illo actu, vel in omnibus: sed non procedit in inferiori, qui privilegium, quod habet, suum non est, sed alterius superioris, cui ipse subest, vel Ordinis, cuius ipse est membrum, vel subditus: his namq; casibus nō potest ille suo privilegio renuntiare, ut Ordini, vel superiori præjudicet, ex reg. l. pen. C. de pact. l. non dubium C. de legib. Cum potius in suis privilegijs possit Magnus Magister Equites invitatos detinere. Barbosa in l. 1. ff. de judic. art. 3. n. 148. de quo est Ord. lib. 2. tit. 1. §. 14.

Ex quibus liquet, quod ille usus contrarius non est talis usus, qualis esse debet, ut Ordin. præjudicet. Nec obstat, si quis dixerit, quod cum triginta annorum cursus sufficiunt, ut dicatur privilegium extinctum, cap. si de terra de privileg. cap. accendentibus eod. Decius conf. 638. Soares d. lib. 1. cap. 20. num. 3.

Respondetur namque, quod privilegia Cisterciensis Ordinis non derogantur minori spatio, quam 100. annorum, quia appellatione bonorum veniunt privilegia, & alia jura incorporalia, l. interdum, & ibi Alciat. ff. de verbis. signif. l. possessiones, & ibi gloss. C. de probatio. Et pro his incorporalibus dari interdictum utile, Menoch. de recuper. remed. 15. num. 47. & remed. 1. n. 444. Insuper usus contrarius elicitus à Prætatis censuris non præjudicat, quia violentus, Menoch. lib. 6. prælumpt. 41. n. 14. Alderete 2. part. cap. 3.

33 Nec insuper obstat, si quis dixerit, quod hæc privilegia debent censeri revocata ex qualicunque usu contrario, cum sint nociva Ecclesijs, ex regula cap. suggestum de decim. Quia respondetur, quod hæ rationes obtine-re poterunt, ut Summus Pontifex privilegiorum Author illis deroget, non vero sufficere, ut ante ipsorum revocationem abrogata censeri debeant, Rota divisor. decis. 83. num. 7. Tiraq. cesante causa in princ. num. 220. Doctor Ioseph. Alderete de exemption. regul. cap. 8. in fin. 3. part. Ultra quod ex parte Militiarum ponderari possunt plures rationes, quibus illorum privilegiorum usus observari debet, cum constet fuisse concessa in remuneratiōnem laboris, & pro sanguine effuso in obsequium Fidei, & Sedis Apostolicæ, quæ privilegia irrevocabilia sunt, ut resolvit in simili Cabed. decis. 86. num. 5. & decis. 94. 2. part. Azeved. l. 14. lib. 1. tit. 3. n. 44.

Quod si dixerimus cum Doctissimo Soares adversus Angliæ errores lib. 4. cap. 34. n. 23. quod hoc privilegium licet remuneratorium adhuc revocationi subest: tamen illud procedit, quando ipse S. Pontifex specialiter derogasset, de quo usque modo non constat; quinimò constat id jam saepius supplicatum, & tamen obtentum non fuisse.

Nec Abbatum, & Priorum præjudicium potest in contrarium movere, cum videamus Milites semper in ex-

peditione belli esse pro defensione Republicæ, & Ecclesiarum, & quotannis obviam exire Fidei inimicis maritima infestantibus ora: quæ ratio sufficit, ut hæc privilegia favorabilia judicentur, Rota diversor. 1. part. decif. 454. num. 12. Alderete de exemption. cap. 6. num. 13.

An obstant sententiæ contra Equites aliquando latæ.

34 Contrariæ factio[n]is Authores sententias in contrarium lata[s] offerrunt, quibus contra aliquos Milites judicatum fuit, ut decimas solverent. Verum hoc nulla responsione indigebat, cum, ut supra diximus, particularium Equitum causæ nullum Ordini præjudicium generate possint; quia solum latæ contra Magnum Magistrum, & Ordinem in communi, particularibus nocere possunt, non è converso: in simili Ripa in 1. filiusfamilias §. Divi ff. de legat. 1. num. 60. Crotus num. 38. Loazes num. 126. Ias. lect. 1. num. 47. & alij, quos citat Tiraq. de primogen. quæst. 35. num. 17. Gomez 1. 40. Taur. num. 73. Pinel. in 1. 1. 3. part. C. de bon. matern. à num. 48. Molin. lib. 4. cap. 8. num. 6. Peregrin. conf. 53. num. 25. Barbosa in 1. divortio §. ult. num. 24. Valla. sc. de jur. emphyt. quæst. 10. num. 3. & 4. eleganter Cujacius in 1. judicata 29. §. si debitor ff. de exception. rei judic. DD. communiter in 1. s[ecundu]m ff. de re judic. Etsi sententijs pugnandum est, plures latæ proponuntur in favorem Militiarum non solum in Tribunalibus Regijs, sed in Iudicio Legali hujus Regni: quarum tenorem ad calcem hujus Decisionis inferemus. Quæ maiorem fidem faciunt, quia latæ in judicio Ecclesiastico, & competente, Clem. dependentiam de judic. cap. literas de jura. column. cap. ult. de rerum permut. cap. tua de decimis, Gail. lib. 1. obseruat. 38. n. 1.

35 Nec sententiæ contrariæ latæ

in Iudicio Ordinariorū quidquam profunt, quia ipsi notoriè sunt suspe[n]ti ad causam, cum utilitatem pertendant ex non observantia horum privilegiōrum: & succedit regula 1. omnibus C. de testib. cap. 14. quæst. 4. Quod si quis replicaverit, quod Episcopis de jure concessum est, tanquam supremis Principibus, ut de proprijs causis cognoscere valeant, glosl. in cap. cum venissent, verbo causa suæ Ecclesiæ, de judic. Bart. in 1. est receptum ff. de jurisd. omn. judic. Tamen hoc fali[t], quando quæstio movetur cum eo, qui Episcopi subditus non est, ex Rui[n]o conf. 37. num. 2. lib. 1. Alex. in d. 1. est receptum num. 3. Hostiens. & Ioann. Andreas in cap. novit de judic. Alciat. præsumpt. 8. reg. 3. num. 10. Surd. conf. 47. num. 14. Et adhuc inter suos subditos non posse cognoscere de causa, ex qua commodum sperat, dixit Antonin. Abb. & Decius in d. cap. cum venissent, idem Decius in cap. postremo de appell. num. 9. videndus Capic. decis. 137. à num. 1. Maranta 6. part. 2. artic. de appell. num. 51. Graffis decis. 93. alias 4. de exception. Alderete 3. part. cap. 7. num. 4. Cumque Equites sint omnino exempti à jurisdictione ordinaria, & ex vi Brevium Apostolicorum, extra dubium manet non posse Ordinariū de causis decimarum suæ Ecclesiæ cognoscere: nec contra supradicta pugnat text. in cap. 1. §. dicecesano de decim. lib. 6. ibi: *De ipsis Religiosis super decimas, quas habent, &c.* Ubi videtur ostendere, quod etiam privilegiati respondere tenentur coram Episcopo super decimis. Quia satisfit, quod ille textus non loquitur de Religiosis exemptis à jurisdictione ordinaria; quia in illo eodem textu fatetur Pontifex, quod de illis non poterit Episcopus cognoscere, ibi: *Nisi de rebus exceptis agatur, &c.* Et valet argumentum de rebus ad personas. Unde cum Militiæ, earumque privilegia suum privativum Iudicem habeant à Sede Apostolica concessum, ad illum eundem Iudicem spectat talis

lis cognitio, cum maior sit. Ordinatio cap. sane 11. de officio delegat. cap. 2. eod. tit. cap. cum contingat de rescript. Menoch. conf. 93. num. 6. 7. & 8. Mandos. de signatur. grat. tit. de conservat. & ipsius est cognoscere an sua sit jurisdictio, l. si quis ex aliena ff. de judic. Nec aliud probat cap. cum persona de privil. lib. 6. Quia solum procedit in exhibitione privilegij, quod debet insinuari coram Ordinario, ut de facto constet, non autem ut de viribus ipsius cognoscatur, quia tunc debet illud remittere ad concedentem, ut dixit Anton. de Butrio in cap. super literis de rescript. quem citat Dominic. in d. cap. cum persona num. 5. si autem, & fuit Innocentij in cap. venerabili num. 4. de censib. ubi idem Butrius n. 10. Felin. in d. cap. super literis n. 24.

36 Deinde dictæ sententiæ laborant alia nullitate; quia latæ sunt super interpretation. Breviū Apostolicorum, quæ nullus Ordinarius interpretari potest, quia reservatur interpretatio S. Pontifici, gloss. & omnes in d. cap. cum venisset de judic. gloss. verbo interpretatus in cap. 1. de postul. Prælat. gloss. verbo æstimare, in cap. Ordinarij, vers. si vero de offic. Ordin. lib. 6. Palatius in repet. cap. notab. 2. num. 49. Sylvester verb. Interpretatio, quæst. 2. & verbo Iudex 2. num. ult. Rota novissima ad Seraphin. 2. part. decif. 83. Henr. part. Summæ lib. 7. de Indulgent. cap. 29. num. 3.

37 Et quamvis aliqui Doctores senserint, quod inferior potest cognoscere de interpretatione Indulti Apostolici, quando incidenter de eo cognoscitur, quando non versatur cognitio circa potestatem Principis concedentis, ut dixit Bald. in l. si qui C. de appell. Abb. num. 3. Decius 4. Burrius 13. in dict. cap. cum venissent, & alij, ut per Henriques dict. cap. 29. num. 4. pro quibus est cap. 1. de postulat. Prælatorū, l. ex facto 42. ff. ad Trebel. ibi: *Voluntatem Principis insipientibus, &c.* Tamen omnes convenient, quod quando agi-

tur principaliter de interpretatione privilegij, & intentionis concedentis, dubium est grave, quod his casibus quamvis incidenter cognoscatur, & nullum causa involvat præjudicium Sedis Apostolicæ, tamen adhuc cognitio ad ipsam Sedem spectat, quando cum facilitate potest obtineri declaratio, ex Abbatte in d. cap. 1. de juram. calumniæ notab. 1. per text. ibi, & in dict. cap. cum venissent, notab. 3. ubi dicit esse communem Decius num. 4. vers. similiter, & deducitur ex l. 1. & 2. C. de relation. cum traditis per Decium in cap. 1. lectur. 1. de constitut. sic intelligi potest d. l. ex facto, vers. respondi, l. Nerratus 151. ff. de reg. jur. cap. suggestum junct. gloss. ult. de decim. gloss. in fine in reg. decet de reg. jur. lib. 6. quam dicit receptam communiter Rota ubi supra num. 8.

Unde cum in præsenti actum sit de interpretando privilegio Apostolico, & dubium sit valde grave, Ordinariorum sententias sequitur aperta nullitas, ex reg. ea quæ fiunt de reg. jur. lib. 6. cap. at si clerici de judic. ibi: *A non suo judice: d. cap. cum venissent ibi: Nolumus.*

An obstant Regia diplomata; quibus Rex sanxit, quod Ordinarijs observesetur possessio recipiendi decimas.

38 Insudant ex parte contraria, hanc causam jam à nostro Principe esse decisam, dum per Regia diplomata jussit, quod Prælati in sua quasi possessione recipiendi decimas tuerentur à Præsidibus, & Regijs Magistratibus. Quæ quidem provisiones, si bene attendimus, solum diriguntur ad possessionem, seu quasi, in qua Prælati sunt, ne ab ea deturbentur non audit: quod quidem supponit, quod Prælati conquerebantur se spoliari ab illis, à quibus erant in possessione recipiendi: verum non tollunt, quod ille, qui nunquam solvit, postquam miles effectus est,

Ll 4, possit



pollit à solutione decimarum cessare: quod si ultra hunc intelligendi modum interpretandi sunt, ut absolute determinant Equitibus, seu Militibus jus non solvendi non competere, notoria laborant nullitate, cum ad Principem sacerdalem nullo modo possit spectare hujus dubij decisio, cum nec ad Ecclesiasticos Prælatos attento jure spectare possit, ut supra probavimus: sicque eodem claudicant pede sententiæ allatae in contrarium, altera Leonardii Tasca, & altera Pauli da Sylva, quia ultra defetum jurisdictionis ad interpretanda privilegia Sedis Apostolicae, tales sententiæ latæ fuerunt contra particulares personas sine ulla Magni Magistri interventione, & Prælatorum Ordinum, quos principaliter causa tangebat. Insuper sententia Pauli da Sylva pro Militibus loquitur, quia solum decidit, quod Milites non retineant decimas, quas percipiunt ex bonis patrimonialibus, quam retentionem permittit in decimis bonorum Ecclesiarum, vel communatum: Agnoscit ergo privilegium esse in suo robore quoad decimas bonorum Commendarum, seu Præceptoriarum ex bonis, quæ Milites proprijs expensis excolunt, & in favorem Militiarum, & Militum plures sententiæ latæ sunt, quarum tenorem in fine transcribe mus.

39 Ex quibus omnibus sic resolutis duæ suboriuntur quæstiones à superioribus dependentes. Prima est, An Equites, seu Milites virtute sui privilegij possint cessare à decimarum solutione sine violentia, licet antequam essent Milites solvissent? Secunda, An à talibus Militibus possint Prælati decimas censuris extorquere? & An ad suum judicem eo casu declinare possint?

Et quoad primum, si attendimus ad jus commune, non sine dubio est, an Eques deauratus vim committat non solvendo decimas, quas ad hoc usque tempus solvit? quia privilegium non solvendi restringendum est, ut non

comprehendat eos Rectores, qui in possessione sunt recipiendi tales decimas, ut non auditii preventur tali emolumento ex reg. cap. dudum de privil. cap. 2. in princ. de decim. lib. 6. ibi: *Quas tempore illo, quo impetratū est hoc indultū, alij possebant: facit c. ex parte de decim. in terminis Oldrad. conf. 268. cui subscribit Felin. in cap. causam quæ num. 11. de rescript. Cotta in memorab. ubi privilegia, latissime Ruin. conf. 88. n. 6. lib. 4. Menoch. conf. 36. n. 36. lib. 1.*

Sed his non obstantibus verius est, quod concessò hoc privilegio Ordini, & Militiæ ad suos Milites, ne decimas solvant ex terris, quas proprijs expensis excolunt, nullam violentiam committit, qui suscepto Militiæ habitu solvere recusat; quia non obstat contraria possessio Rectoris, quia hæc consideratur respectu non privilegiatorum, & ut fieret violentia, oportebat probare Rectorem se esse in possessione recipiendo à Militibus. Unde si à me non privilegiato recepit, non potest à me postea privilegiato ex ea causa decimas exposcere; quia bona à persona privilegiata mutationem recipiunt, ex reg. I. Paulus ff. de acq. hæred. cap. 1. de jur. patron. lib. 6. Castrensiaque eam natu ram amittunt mutato possessore l. si à me ff. ad falcid. Barb. in l. post dotem num. 78. ff. solut. matrim. Guttierr. pract. lib. 1. quæst. 3. num. 25. & Canonic. q. 49. num. 4. Lasart. de decim. vendit. cap. 19. num. 44. Azeved. lib. 5. tit. 4. l. 15. in fin. Sicut alias Senatores, qui antea solvabant jugatae tributum, post adeptam senatoriam dignitatem fiunt immunes, non enim vim commisisse dici potest, qui autoritate legis non solvit, l. justæ possides ff. de regul. jur. cum illa cessa tio non sit violenta, sed justa, quæ sicut justa erit virtute sententiæ, seu legis, sic pariter est justa virtute privilegij, quod privata lex dicitur.

Facit, quia sicut Ordinarius, vel Rector est in possessione levandi decimas à parochianis, sic pariter Militia est in possessione sui privilegij, ne ejus Mili-

tes solvant.

Nec obstabit, si quis dixerit, quod supradicta procedere possunt respectu privilegij pacifici, & sine controversia, non vero in hoc casu, in quo Prælati repugnant, in quo non possunt partes sua authoritate illud introducere, cum negatio partis faciat rem dubiam, ut supra diximus. Dum namque privilegiatus suum privilegium exequitur, sibi jus dicit jure prohibente, ne quis in sua causa jus sibi dicat l. t. C. ne quis in sua causa, Ordin. lib. 3. tit. 43. sicut alias legatarius non nisi de manu hæredis legatum capere potest, l. 2. ff. quorum legatorum, Ordin. lib. 4. tit. 58. ibi: *Polo fazer por sua autoridade: Gama decis. 4. num. 1.* Sufficit namque privilegium habere contradictionem, ne exequi possit ad exemplum sententiæ impeditæ, quæ exequi non potest: sicut alias dominus directus, qui occupare potest possessionem emphyteusis vacantis consolidato utroque dominio, ex Tiraq. le mort declarat. l. num. 4. Valasc. quæst. 18. num. 80. Caldas Pereira de renovat. quæst. 18. num. 20. Si tamen emphyteuta negat consolidationem, remque efficit dubiam, non potest dominus illum expellere. Gama d. decis. 4. & decis. 333. Ordin. lib. 4. tit. 92. §. 2. Caldas Pereira de extinct. cap. 17. n. 21.

Satisfit namque, quod non omnis controversia facit rem dubiam, nisi illa, quæ non est affectata, l. Domitius Labeo ff. de testam. Dec. in cap. pastoralis num. 5. de rescript. Ultra quod hæc negatio partis debet fieri in judicio competenti, Surdus cons. 142. num. 29. & cons. 188. num. 16. & cons. 151. num. 30. Dubia namque, quæ Prælati movent ex ipsa inspectione, cessant, quia ex privilegio constat Papam concessisse exemptionem, nem à solutione decimarum ex his, quæ proprijs sumptibus excolantur: & est regula, quod privilegium operatur cum tertij præjudicio, quando constat Principe ita sensisse. Quod constat, quia ipsi non erat ignotum, quod decimæ parochis debebantur, à quibus tamen

Milites eximit: Nulla ergo in eo turpere considerari potest, glossæ in cap. cum olim, verbo cassari de privil. ubi Panorm. num. 6. resolvit Socin. cons. 297. num. 5. lib. 2. Decius cons. 113. n. 4. Crotus cons. 94. num. 15, lib. 1. Et quamvis decimarum concessiones debent strictè interpretari, non sic in nostro casu, quia favorabili in remunerationem servitorum, ut in privilegio generali dixit Angel. in l. ult. num. 13. ff. de constit. Princip. Decius in cap. causam quæ num. 6. de rescript. & colligitur ex his, quæ Imol. in l. damni §. si is qui ff. de damno infect. Iaf. cons. 170. ad fin. lib. 2. Natta cons. 340. n. 3. lib. 2. cap. ex parte 3. ubi Panorm. n. 3. de decim.

41. Et est notandum, quod quando Papa eximit Militiam à solutione decimarum de terris à Militibus elaboratis proprijs expensis, non debet dici, quod concedit privilegium, ne decimas solvant, sed imò potius, quod concedit, quod integras fructus ex suis terris percipient sine ullo decimandi onere, ut resolvit Covarr. lib. 1. resol. cap. 17. num. 17. In quo prædia naturalem libertatem affequuntur, quæ libertas à laicis quæri potest etiam præscriptio: ne, ex Navarr. cons. 2. ad fin. de decim. Menchac. illustrium cap. 89. num. 10. idem respectu quottæ operatur con: fuetudo, Navarr. in Manual. cap. 21. num. 30. Ex eo fit, quod his casibus si Prælati maiores solitis decimas exposcant, judex Regiae Coronæ gravatis oportulatur, Covarr. d. cap. 17. num. 8. & 9. & practicar. cap. 35. num. 2. Barbosa in l. Titia à num. 47. ff. solut. matrimon. quia potest acquiri præscriptione, quod à superiore potest privilegio concedi, cap. super quibusdam de verbis. quod non est ita è converso, quia multa privilegio dari possunt, quæ non acquiruntur præscriptione.

Et ut casset scrupulus, ex eodem privilegio constat, quod concessum fuit etiam de illis decimis, quæ ab alijs possessorib: erant, ibi: *De illis possessionibus,*

de quibus aliquis percepit, &c.

42 Nec obstat, quod privilegia non solvendi decimas sunt revocata per jus commune; quia cum illud privilegium concessum esset omnibus Religiosis, cap. de decim. 16. quæst. 1. per Paschalem II. anno 1100. quem secutum fuit Concilium Maguntiense, ut in cap. quæsti illo tit. refert gloss. in cap. ex parte de decim. Cumque succederet Gelasius II. anno 1118. qui Templariorum Ordinem instituit, & post illum Adrianus III. anno 1154. qui cum videret illud privilegium esse Ecclesijs nocivum, sanxit, quod omnes Religiosi decimas solverent, nisi de novalibus, exceptis Cisterciensis Ordinis Religiosis: quod revocavit Alex. III. electus anno 1156. in cap. ex parte, & in cap. suggestum de decim. Quousque Innocentius III. qui vixit anno 1199. sub quo celebratum fuit Concilium Lateranense anno 1215. qui sanxit, ut etiam Religiosi Cistercienses solverent ex acquisitis post Concilium. Quia respondeatur, quod hæc observatio est sine ullo fundamento, & substantia, quia omnes hi Pontifices extitere pene 200. annorum spatio ante Breve Martini Quinti, qut vinxit anno 418. ut refert Historia Pontificalis 1. tom. cap. 24. & Sixtus Quartus aliud Breve concessit anno 1482. ubi disposuit de bonis ante, & post Concilium Lateranense, decimasque concessit etiam cum tertij præjudicio, etiamsi in possessione earum essent. Quare sine fundamento erit velle ex supradictis iuribus arguere ad ea, quæ post illa concessa sunt, & per nova privilegia antiquata, & revocata. Nec privilegia Templariorum in hac materia sunt consideranda, sed illa, quæ concessa reperiuntur Ordini Cisterciensi: & ideo non obstat cap. nuper de decim. cum alij supra adductis.

An possint Ordinarij decimas ex communicationibus extorquere?

43 Nescio quo fundamento hoc genus exactionis tolerari poslit: quia si dicamus, quod Ordinarij exigere possunt decimas censuris, cap. statuimus 16. quæst. 1. cap. presbyter 31. diit. cap. clerici 17. quæst. 1. cap. prohibemus, cap. tua de decim. cap. Apostolicam de simon. ubi Abb. n. 2. ibi: *Episcopus habet jurisdictionem in laicos, &c.* Hostiensis in cap. sicut de simon. quem citat Abb. ubi supra num. 3. Sylvester verbo decima quæst. 2. num. 4. Albericus verbo oblatio, Raymund. in summa de decim. lib. 1. in fin. Roman. conf. 344. num. 6. quem citat Thuscus tom. 5. conclus. 11. lit. O. num. 7. Soto lib. 9. de justit. art. 1. cap. 39. Ubi dicit Parochianos per censuras compelli posse, Covarr. lib. 1. variar. cap. 11. num. 3. & probat l. 56. tit. 6. part. 1. & lib. 1. tit. 3. l. 5. Montalvus in d. l. 56. Gregor. in l. 9. tit. 19. part. 1. latius in l. 15. tit. 17. part. 1. Azeved. in l. 2. tit. 5. lib. 1. Recopil. Gutierrez. lib. 2. Canon. cap. 21. num. 140. Soares de legib. lib. 1. de divino cultu cap. 5. num. 20. Azor lib. 7. instit. moral. cap. 38. vers. 16. Tamen hæc omnia procedunt, quando prælati assistit juris præsumptio, quia decimas exigunt à proprijs subditis, in quibus ordinariam exercent jurisdictionem, quia si à non subditis, & privilegiatis decimas exigunt, censura nullæ sunt: & Regius Iudex debet occurrere tali violentiæ, quia non possunt Prælati mediantibus censuris in propria causa judicare, & Militiarum privilegium tollere, vel contemnere; non enim hæc media adæquata sunt ad illum finem obtinendum, cum potius debeant de viribus illorum ordinariæ agere, vel concedentem adire. Nec censuris locus esse potest, ubi deficit injusta retentio decimarum cum peccato, Soares de centur. sect. 1. disp. 4. & deficiente contumacia cesiat centuria.

Soares